


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [1] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [2] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42:Leibn. Marg. 42, Stück 10, [3] - -

[Varia rhetorica et logica]

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [4] - -


10

CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHI ANIMADVERSIONES AD DIONYSII LONGINI ΠΕΡΙ ΥΨΟΥϹ COMMENTATIONEM, E CODICIBVS A IACOBO TOLLIO OMISSIS ERVTAE, IAMQ. DEMVM IN LVCEM EMISSAE, CVRA HENR. LEONARDI SCHVRZFLEISCHII.

VITEMBERGAE,
APVD CHRISTIANVM SCHROEDTERVM, ACAD. TYPOGR.
ANNO MDCCXI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42:Leibn. Marg. 42, Stück 10, [5] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42:Leibn. Marg. 42, Stück 10, [6] - -

HENRICI LEONARDI SCHVRZFLEISCHII PRAEFATIO AD LECTOREM.

MAgnos Graecia ſemper et Rhetores, et Oratores, aluit, qui non mediocris eloquentiae famam ad ſeram usque poſteritatem ſcriptis ſuis propagare ſtuduerunt. Quotus enim quisque eſt, qui Periclem fulminantem, ſtimulosque in animis hominum relinquentem, ignorat? Quem paulo humaniorem praetereunt, aut uis Demoſthenis, aut ſuauitas Iſocratis, aut ſubtilitas Lyſiae, aut acumen, argutiaeque, Hyperidis, aut elegantia Ariſtidis, aut denique reliquorum, quos paſſim protulit Graecia, Oratorum uirtutes? At DIONYSIVM LONGINVM adeo etiam, qui diſtinxerunt inter Oratores, admirati fuerunr cuiusuis ſaeculi eruditi, ut et ipſum uiuam bibliothecam, ſpiransque muſeum, et ſcripta eius auro contra cara, omniumque admiratione digniſſima eſſe, uere ſapienterque iudicarint.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42:Leibn. Marg. 42, Stück 10, [7] - -

Tametsi vero iste Rhetoris nomine a priscis aliquando insignitus fuit, non tamen iccirco arbitrandum est, ingenium eius excellentissimum intra scenam tantummodo scholasticorum substitisse, neque longius progressum fuisse. Praeterquam enim quod orationes ipse scripsit, artem quoque earum conficiendarum composuit, atque in omni denique doctrinarum genere praeclare se uersatum esse, docuit, et comprobauit. Quod neminem inficias iturum esse credo, ac prorsus mihi persuadeo, qui ingenii ipsius monimenta, multo clarissima, quae in manus nostras peruenerunt, legerit, ac peruolutarit. Quantum uero iudicio is ualuerit, documento esse potest incomparabile ueterum Graecorum elogium, qui κεφαλαιώτατον eum nuncuparunt. Neque profecto Grammatici cognomen Critici, quo olim Eratosthenes, Apollodorus, Crates Mallotes, et Hecataeus quoque Philosophus, praeceteris compellati fuerunt, fraudi, dedecorique esse poterit cuiquam, cum nemo omnibus numeris et partibus absolutus unquam Grammaticus, sine omnium disciplinarum cognitione, Quintiliano iudice, fieri queat. Quamobrem nullus olim repertus

facile

facile fuit Criticus, qui non omne ſcriptorum genus haut indiligenter excuſſerit, Poetas conſuluerit, annalium conditores euoluerit, ſiderum rationes in numerato habuerit, temporum doctrinam non mediocriter nouerit, modorumque ſecundum regulas artis faciendorum, et canendorum, peritiam mira induſtria ſibi comparauerit, et ſapientiae denique ſtudium cum ſumma dicendi perſuadendique ui feliciſſime coniunxerit. Ex quibus nemini, ut opinor, obſcurum eſſe poteſt, quousque uera germanaque criſis progrediatur. Etenim bonum Criticum, Poetam, Hiſtoricum, Muſicum, Aſtronomum, Chronologum, Philoſophum, atque Oratorem, eſſe debere, uel hoc argumento confirmatur. Quam iure igitur meritoque Suidas, uoce Πορφύριος, Longinum noſtrum πολυμαθῆ, καὶ πεπαιδευμένον, nuncupauerit, is demum recte intelligit, qui eum de argumentis, e Technica, Poeſi, Tactica, Hiſtoria, Rhetorica, Philoſophia, aliundeque petitis, cum laude ſcripſiſſe, non ignorat. Talem proinde, tantumque Criticum Tibi, LECTOR BENEVOLE, ſiſto, neque nudum tamen exhibeo, ne ſcilicet neſciat poſteritas, quanti Polyhiſtorem hunc Longinum

iſte fecerit, qui eum eruditione ſua expresſiſſe, ab uniuerſa hac Academia, publico, et ad memoriam poſteritatis inſigni, encomio iudicatus fuit. Quanto autem in pretio eum habuerit B. Frater meus, labores eius, in Longini περὶ ὕψους exercitationem ſchedis olim ab ipſo fugitiuis mandati, et nunc primum in lucem emiſſi, teſtificantur. Eam itaque ad fidem codicis mſc. bibliothecae, quae Mediolani eſt, Ambroſianae ὁ μανιάτης in itinere Italico ipſe contulit, deque codice hoc commonuit, quod in charta bombycina manu, ſi non uetuſtiſſima, ſatis tamen antiqua, et quidem in forma maioris ordinis, fuerit ſcriptus, atque inter mſſ. litt. N. num. CXCVI. aſſeruatus. Etſi uero ultimam uetuſtatem non redolet, certum tamen exploratumque eſt, praeclaras nonnullas, nec ab ingenio Graeculorum librariorum profectas, in eo haberi lectiones, ut dubitari nequeat, ex alio peruetuſto, et ſatis correcto, codice eum fuiſſe deſcriptum, mirumque omnino ſit, cur Cl. Tollius, quum eandem Ambroſianam bibliothecam excuſſerit, ut ex praefatione ad lectorem, paginae CCCLX. Longini ſubiecta, obſeruare licet, hunc codicem, nulli

Vati-

Vaticanorum praeſtantia ſua facile cedentem, neque uiderit, neque cum exemplaribus, iuris publici factis, compararit. Animaduerterat etiam Frater meus, fugiſſe omnium, qui Longinum hucusque notis illuſtrarunt, oculos editionem Pauli Manutii, quam Venetiis quarti ordinis forma, ∞ DLV. curauit ipſe, et, quum prae ſe ferret titulus libelli, hac opera in Longino cum alia multa praeclare emendata, tum ueterum Poetarum uerſus, qui, confuſi commixtique cum oratione ſoluta, minus intelligentem lectorem fallere poterant, notatos eſſe, atque diſtinctos, operae ſe pretium facturum putauit idem frater, ſi et iſtum una codicem cum reliquis conferret, praeſertim cum ex Graeca Manutii ad Michaelem Syluium, R.S. Purpuratum, praefatione intelligeret, eum ex codice Beſſarionis mſc. editum, emendatumue fuiſſe. Ita autem Manutius: Λέγω δὲ Διονύσιον τὸν Λογγῖνον περὶ ὕψους τοῦ λόγου, Ἕλληνα συγγραφέα, καὶ τῶν παλαιῶν καὶ πάνυ δοκίμων ὄντα, ὃς ἐν τῇ παρ' ἡμῖν Βησαρίωνος βιβλιοθήκῃ κατακεκρυμμένος ἀπέκειτο πάλαι ὑπὸ σηπῶν τῷ χρόνῳ, ὡς πολλαὶ καὶ ἄλλαι χρησιμώταται βίβλοι, κατερρώθη, καὶ φροῦδος ἐγένετο, εἰ μὴ παρέσχη μοι τοῖς ἡμετέροις τύποις αὐτὸν ἀνανεῶσαι. Hactenus ille. De Dionyſio ceteroquin, etſi ab aliis multa iam

ta iam dicta ſint, lectorem tamen neſcire uolui, quod Longinum ἐν τοῖς Φιλολόγοις auctor uitae Apollonii, Argonauticis huius praefixae, laudarit. Equidem non meminit G. Langbaenius libri iſtius, ſed aſſerendum uidetur, eundem eſſe, atque alterum, quem, περὶ τῶν κειτικῶν inſcriptum, ueteres teſtantur. Neque illud praeterea probauit Langbaenius, Dionyſium Phaſeliten, & Dionyſium Longinum, eundem eſſe ſcriptorem. Nam, quod uterque de Antimacho ſcripſerit, hanc rem nondum confi-cere opinor, propterea, quod diuerſos uterque libros de eo literis conſignauit. Et Dionyſius quidem Phaſelites quum περὶ ποιητῶν commentatus fuerit, non potuit non Antimachi in eo libro mentionem iniicere, quippe qui inter ποιητὰς ὀνομαζοὺς nominatim ab Iſaacio Tzetza refertur. At Longinus λέξεις Αντιμάχου tantummodo edidit, quemadmodum etiam λέξεις Ομήρου, non uero περὶ Αντιμάχου ποιήσεως βιβλία. Quodſi tamen quis aliter ſentiat, ſibique cum Langbaenio omnino perſuadeat, Dionyſium Phaſeliten, et Longinum, unum eundemque eſſe, eum hoc quoque ſcire uelim, Dionyſium Phaſeliten Charmidae filium fuiſſe, ac Pindarum emendaſſe. Vera eſſe, quae dixi, e Pindari ad Pyth β', Nem. ζ', et ιά, ac Iſthm. α', ſcholiis patebit. Quibus conſtitutis, ſtrictim que, pro inſtituti ratione, obſeruatis, decem nunc capitibus, ea, quae ad Longinum ſpectant, abſoluam.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [12] - -

PERILLVSTRIBVS
EXCELLENTISSIMISQVE
DOMINIS
DN. IOANNI
CHRISTOPHORO
DE HOFFMANN
SERENISSIMI DVCIS SAXO-
VINARIENSIS PRIMARIO STATVS MI-
NISTRO CONSILIARIO AERARII SANCTI-
ORI ATQVE SENATVS SACRI PRAE-
SIDI EMINENTISSIMO

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [13] - -

ITEMQVE

DN. GOTTOFREDO CHRISTIANO DE RAPPOLT

SERENISSIMI DVCIS SAXO-
VINARIENSIS CONSILIARIO INTIMO
ATQVE CANCELLARIO LONGE
SPLENDIDISSIMO

DOMINIS AC PATRONIS SVIS
SVMMOPERE OBSERVANDIS

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [14] - -

PERILLVSTRES EXCELLENTISSIMIQVE
DOMINI



Vas partes frater, morte praeuentus, explere non potuit, eas, ut pietatem, quam Summis Maecenatibus, debuit singularem, relictis ab ipso ingenii monumentis, post fata a me publicandis, nomine

mine ſuo declararem, mihi delegaſſe uidetur. Cum uero in his Vos praecipue numerarit, uobisque non modo nouiſſimae acceſſionum dignitatis, ſed aliquam etiam fortunarum partem debere ſe ultro, dum uiueret, confeſſus ſit, tantum abeſt, ut hanc ueſtram in ſe benignitatem e memoria ſibi deleri paſſus fuerit, ut ſemel iterumque etſaepius eam etiam atque etiam praedicarit. Reſtabat igitur qualiscunque relatio gratiae, quam apparanti obitus nondum ſatis maturus uiro eripiebat inuitiſſimo, atque inuidere uidebatur. Nihil enim ſaepius profeſſum recordor, quam hoc optare ſe, cumut aduerſus Patronos omnes ac ſingulos, de ſtudiis ſuis bene promeritos, tum in primis aduerſus Vos, Gratioſiſſimi Domini, quam minime ingratus moreretur. Poteſt id, opinor, cognoſci ex multis uariisqueexaratis manu Codicibus, quos cum ſaluti publicae, tum gloriae Maecenatum immortali deſtinauit. Ex his primos ſcio, ſi paulo ſuperfuiſſet diutius, Nominibus Veſtris

ſtris fuiſſe inclytiſſimis conſecraturum. Putaui autem nec uana forte mentis inductione perſuaſus non aberraturum me a fratris uoluntate, ſi Animaduerſiones in Dionyſium Longinum Polyhiſtorem illum ex ueteribus incomparabilem, omnique laude maiorem, Perilluſtribus Veſtris Nominibus dedicarem. Neque tamen id fratris tantum nomine, ſed mea quoque cauſa faciendum duxi, qui Vobis nihilominora, quam frater uiuus accepta tulit, beneficia ferre accepta debeam. Non minori enim quam fratrem beneuolentia me complexi, ut in fratris ſurrogarer locum, qua ualetis apud Principem Saxo-Vinarienſem, Ducemque incomparabilem Dominum GVILIELMVM ERNESTVM, Dominum meum clementiſſimum, gratia efficiendum exiſtimaſtis. Itaque in ſpem uenio certam fore, ut meum in uos ſtudium, atque in omni genere obſeruantiam benigne ſuſpiciatis, hocque deditiſſimi animi pignus et obſidem in mitiorem partem interpretemini.

mini. Leue eſt fateor, hocce grati animi documentum, ſed tamen ſumma Veſtra bonitas animum mihi facit, ut credam, Vos, hoc mihi daturos, atque hoc primum utriusque noſtrum pietatis teſtimonium animo haud iniquo ſuſcepturos. Maxima Vobis, Viri Summi, competunt ac debentur: tantum abeſt, ut hoc qualecunque ſcripturae genus uel umbram immortalium erga nos meritorum conſequatur: Quare ſic ſtatuetis, me auctoris pariter meoque nomine Nominum iſta Veſtrorum ueneratione laudem noſtrae potius erga Vos pietatis, quam gratiae Vobis deditae relationem affectaſſe. Equidem exoptatiſſima, uirtutes ueſtras maximas ac merita in Rempublicam pariter atque Eccleſiam melioresque literas prorſus ſingularia iuſtiſſimis efferendi laudibus, occaſio iam mihi daretur. Namque ampliſſimam ſcribendi materiam legationes, quibus ſumma cum dexteritate ac prudentia perfuncti eſtis, ſplendidiſſimae, curae, pro terrarum Saxo-Vinarienſium ſalute ſuſceptae,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [18] - -

ſceptae, multo grauiſſimae, ceteraque illuſtria, quibus immortalem Vobis gloriam apud gratam, ſi quae futura eſt, poſteritatem conciliaſtis merita, haud difficulter mihi ſuppeditarent. Verum enim uero quum imparem huic negotio me fore ſentiam, nec uerba, quae ad uirtutes ueſtras digne exprimendas efficacia eſſe poſſint, facile reperturus ſim, tacitus eas uenerari, quam leui penicillo adumbrare malo. Agnoſcit eas, ac iuſtiſſimum fidei, integritati, induſtriae prudentiaeque ueſtrae ſtatuit pretium ſapientiſſimus noſtri ſaeculi Princeps, ac munificentiſſimus, ut Eumenii Panegyrici uerbis utar, HERCVLES MVSAGETES, GVILELMVS ERNESTVS, idoneus, ſi quisquam harum rerum exiſtimator, qui Veſtris conſiliis ſuffultus, religioſiſſimi pariter ac feliciſſimi, et literatorum hominum amantiſſimi, Principis exemplum exhibet, ac tuetur. Quamobrem deſino in pietatis affectu, et publica obſequii ſignificatione, ac diuinum praepotensque Numen

men oro, obteſtorque, ut uos, Patroni Summi, ſaluos atque incolumes diutiſſime praeſtet, quo de fouendis amplificandisque meliorum literarum ſtudiis ſoliciti, Perilluſtrium Veſtrorum Nominum memoriam, quibusuis ſtatuis, et monimentis perenniorem, poſteritati commendetis.

PERILLVSTRIVM VESTRARVM EXCELLENTIARVM

obſeruantiſſimus obſequentiſſimusque

HENR. LEONARDVS SCHVRZFLEISCHIVS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42:Leibn. Marg. 42, Stück 10, [20] - -

CAPVT I.

Longini libellus ſitne περὶ ὕψους inſcribendus, uel περὶ ὕψους λόγ. Κεκίλι. Poſtumius, Poſtumus. Τεχνικὸς καὶ τεχνολόγ. *quis dicatur. Ita uocati Herodianus, itemque Georgius Choeroboſcus.* Τὸ κατὰ Παυσανίαν λεξικόν. *Euſtathius corrigitur.* Δυεῖν *pro* δυοῖν, *non tantum θηλυκῶς uſurpatur.* Δύναμις *an naturae ſemper aequipolleat.* Τοῦ Ν ἐφελκτικοῦ *uſus ἡμαρτημέν. Sophiſtarum genera. Poeta dicitur Sophiſta. Veritas diuina.* Ὑποδιαστολῆς *uſus non neceſſarius. T. Faber, A. Caninius, E. Schmidius, inprimis Th. Marſilius notantur. Longinus emendatur, et gloſſa liberatur.*



Ionyſii Longini, quem Suidae fide Caſſium uocamus, aureolum περὶ ὕψους libellum recenſituris primo de eius inſcriptione incidit controuerſia. Eam quippe plerique omnes, qui publicum uulgatumque non ſapiunt, uerbis ΠΕΡΙ ΥΨΟΥϹ concipiunt, quemadmodum in noſtro quoque, quo uſi ſumus, codice mſc. liquido extat. At P. Manutii, G. Langbaenii, aliaeque editiones eam ΠΕΡΙ ΥΨΟΥϹ ΛΟΓΟΥ exhibent. Male, inquiunt illi. Praeſumitur enim, Rhetorem de non alia, quam orationis ſublimitate, acturum eſſe. Specioſum, fateor, hoc argumentum eſt. Quodſi tamen eo ſtandum, ſecundum T. Fabri cenſuram, nec ipſe forſitan Cicero τῆς λογικῆς ἐμπειρίας guſtum aliquem habuit, quum ſuis Rhetoricorum libris titulum *De inuentione Rhetorica*, ut e Quintiliano Priſcianoque patet, praeſcripſerit. Haut enim illi neceſſe fuiſſet quicquam addere, quum ſat facile ſit ad intelligendum, Rhetorem dixiſſe, ſe *de inuentione* eſſe actuurm.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [21] - 1

Sed et nos tamen eruditis uiris assentimur, mss. auctoritatem, quam Tollius quoque laudauit, sequuti. Exponit autem Longinus primo hoc incisо, quod quasi totius operis praefatio est, se ad scribendum hoc opusculum sub lectione alius de eadem materia Caecilii Rhetoris commentarioli ualde imperfecti a Terentiano suo esse excitatum. De Caecilio Rhetore, quis fuerit, satis dixerunt interpretes. Ipsa uox Καικίλιος apud Graecos una est τῶν διτλογραφουμένων, quod accidit multis quoque aliis nominibus Romanis. Tollius per diphthongum primam uocis syllabam scribit: Sed msc. Ambrosian. editionesque aliae cum Manutiana huic lectioni repugnant. Neque saepius apud Plutarchum aliter hoc uocabulum scriptum reperitur. Deinde eodem modo apud Dionem Cassium editur, ubi p. DCCCXXXIIX. b. ed. Leunclauianae R. Stephanus nihil mutandum esse in notis suis rectissime censuit. Terentianum illum, cui suum inscripsit scriptum Longinus, paulo inferius ἄνδρα πολιτικὸν uocat, unde apparet, in republica administranda uitam eum consumsisse. Plura de eo non liquent. Interim, si Vossio suffragamur de Poetis Latinis p. XLVII, intelligitur haut dubie Terentianus Maurus, Latine doctus, et iudicio acri praeditus, cui quasi fasces submittit, et iudicandi partes ultro tribuit ac defert Longinus. In msc. Ambr. Ποστούμιε Φλωρεντιανὲ legitur. Hinc aliquando ex hac scriptura coniectura mea erat, Ποστοῦμε Φλ. Τερεντιανὲ commode legi posse. Malim enim tunc Ποστοῦμε scribere, quam Ποστούμιε, quoniam *Postumus* praenomen, *Postumius* gentis est nomen. Iulius Paris, ut doctioribus uidetur, uel quicunque Valerii Maximi, ut uolunt, librum X. in epitomen redegit, Postumi Cominii Arunci, et Postumi AEbutii Eluae memi-

nit,

nit, deindeque ait, *Quae olim praenomina fuerunt, etiam cognomina sunt, ut Postumus, Agrippa, Proculus.* Idem tradit C. Sigonius de nom. Rom. libro. Vt igitur Titus Fl. Vespasianus: ita Postumus Fl. Terentianus recte dicetur. Orthographia uocis *Postumus* incerta est. Eam tamen, quam nos sequimur, approbat etymologia, siue haec uox ἀπροθετικὸν sit aduerbii *post*, siue adiectiui *posterus*. Quin etiam, si ab *humo* omnino derivandum est uocabulum *postumus*, nouimus tamen priscos *umus* scripsisse sine aspiratione, quod etiam Boschius ad Petronii Cap. LXXV. obseruauit. Praetereo nostrae scripturae fauentes lapides et numos. Nec tamen nescire lectorem uolo, Graecos sibi non constare. Suidas scribit ποστοῦμος. Theophilus Paraphrastes iur. instit. t. XIII. de tutelis, ποστοῦμοι δὲ οἱ μετὰ τὴν ἡμετέραν τικτόμενοι τελευτήν. At Clemens Alexandrinus lib. IIII. στρωμ. p. CCCCXCVI. ed. Morell. ποθούμου meminit. Haec de recta propriorum duum nominum scribendi ratione dicta sunto, quanquam erunt, qui stolide haec ridebunt, aut superuacanea iudicabunt, homines, nescio quibus, occupati Non multo post τεχνολογίας Longinus meminit. Ea hoc loco παχυλῶς dicitur ἅπας ὁ περὶ τέχνης ἢ παιδείας ἐλευθερίου λόγος. ὁ τεχνολόγος enim, uel τεχνικὸς, est, qui circa προπαιδεύματα et artes liberales, inprimisque circa τὰς λογικὰς, Grammaticam, Logicam, Rhetoricam uersatur. Quamuis iam Stoici, ut e Diogenis Laertii Zenone apparet, Grammaticam artibus ingenuis non annumerent, τεχνικοῦ tamen & τεχνολόγου nomina ad penulam abierunt, coeptumque est, ita uocare Grammaticos. EVstathius ad Iliad. B. p. CCCLXIIX ed. Rom. Φθεῖρες δὲ, inquit, καὶ δίκροι λέγονται, ὡς δηλοῖ Παυσανίας ἐν τῷ κατ' αὐτῶν λεξικῷ. Ἡ δὲ γραφὴ τῆς

παραληγούσης τῶν φθειρῶν διάφορ☉ κατὰ τὸν Χοιροβοσκόν. Οἱ γὰρ πλείους διὰ διφθόγγου γράφουσιν αὐτὸ, ὁ δὲ Τεχνικὸς, φησὶ, διὰ τοῦ Ι, Τεχνικὸν λέγων τὸν Ηρωδιανόν. Emenda hic obiter in EVstathio, Εν τῷ κατ' αὐτὸν λεξικῷ. Ita ab eodem ad Iliad. Ω. p. ∞ CCCLXI. Timotheus Tragicus ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Κύκλωπι, & ad Iliad. B. p. CXXCV. EVripides ἐν τῇ κατ' αὐτὸν Ιφιγενείᾳ afferuntur, ne nimirum Pausaniae Lexicon cum aliis, aut Timothei et EVripidis cum aliorum Tragicorum Cyclope et Iphigenia confunderentur. Verum EVstathii locus ea a me fini allatus est, ut exinde pateat, Herodianum a Choeroboſco ἐξόχως Technicum esse uocatum, quemadmodum uice uersa ab EVstathio passim quoque Georgius Choeroboscus ita nuncupatur, ut, quando non semel τὸν Τεχνικὸν Georgium laudat, et ad Iliad. A. pp. XIII. & CVII. πρὸς τὴν τέχνην τοῦ Γεωργίου prouocat. Non procul his uerbis lege ΔΥΕΙΝ, non, ut uulgo editur, δυοῖν, auctoritate msc. Ambr. Infra etiam aliquoties ita legendum est, si codicem hunc msc. sequi uolumus. Quidni autem sequamur, cum infra msc. Vaticanus quoque eodem modo legat? At, inquis, Angelus Caninius, E. Schmidius, aliique nonnulli et Grammatici et Lexicographi τὸ ΔΥΕΙΝ sequioris tantum sexus esse uoluerunt. Quid tum postea? Contradicunt enim huic opinioni ueteres Technici. Heraclides sane apud EVstath. ad Od. Φ. p. ∞ DCCCCVII. δηλοῖ, τοὺς Ατ/ικοὺς τὴν ΟΙ διφθογγον εἰς τὴν ΕΙ μεταποιεῖν, τὸ ΔΥΟΙΝ λέγοντας ΔΥΕΙΝ, καὶ τὸ ΟΙΚΟΙ ΟΙΚΕΙ, καὶ τὸ ΠΟΙΟΣ ΠΕΙΟΣ. Nec aliter Suidas: ΔΥΕΙΝ. Πολύβι☉, Απελθεῖν εἰς πόλιν, ἢ δυεῖν μὲν ἡμερῶν ἀπεῖχε. Καὶ ἄνθις, Δυεῖν προελέσθαι θάτερον ἢ τὸ, ἢ τό. Sequitur, Τῇ δυνάμει δὲ κυριωτέρου. Interpres reddidit, *At natura certe prius.* Non placet haec metaphrasis. Noui et ipse inter ordinem doctri-

doctrinae et naturae a Philoſophis diſtingui: Sed hoc non facit ad hunc locum. Poteſt enim quid τῇ δυνάμει ſua eſſe prius, quod natura ſua eſt poſterius. Sane Rhetoricam addiſcere, natura prius eſt: at eam in ſuccum uertere & ſanguinem, τῇ δυνάμει quidem eſt prius, natura uero poſterius, quemadmodum omnis quoque theoria natura ſua prior eſt, τῇ δυνάμει uero praxi poſterior. Redderem ergo, *At VALORE certe prius.* Mox παρέλιπεν legitur, ſequente conſona littera, quum ἡ τέχνη requirat παρέλιπε. Monebo hoc, adnotaboque infra ſimilia exempla, non ſemel. Hoc tantum ſemel dicam, fatendum eſſe, recentiores paululum Graecos, ſi codicum, quos hodie habemus, ſcripturam fideliter ſequimur, ſaepe non attendere, quo loco τὸ Ν ἐφελκυστικὸν addendum ſit, quoue minus. Fundamento niti Grammaticam hanc notam deprehendes, ſi praeter alios legeris τοὺς ὁ, Pauſaniam, et Onoſandrum, eaque, quae hac de re ad Onoſandrum Portus annotauit. Verba illa, ΕΙ τι δὴ δοκοῦμεν ἀνδράσι πολιτικοῖς τεθεωρημένον χρήσιμον, poſita ſunt ὡς ἐν ἀντιθέτῳ. Terentianus uidelicet ἐν πράξει uerſabatur, ut ſolent, qui rempublicam gubernant: Rhetor uero ἐν θεωρίᾳ. Intelligo per Rhetorem, quomodo Longinus olim uocatus fuit, non πολιτικόν τινα ἄνδρα, ut Iulius Pollux, et Suidas in uoce, ῥήτωρ: Sed, qui alias Sophiſta uocabatur. Iam duo erant Sophiſtarum genera, alterum Rhetoribus affine, de quo Philoſtratus, alterum Dialecticis. Hoc ueterum auctoritate iam probauit Adr. Turnebus Aduers. lib. IIII. cap. II. Scholiaſta Pindari ad Iſthm. ἑ. σοφιστὰς καὶ σοφοὺς etiam dictos olim fuiſſe Poetas aſſerit, et notum eſt oraculum, ΣΟΦΟΣ ΣΟΦΟΚΛΗΣ, ΣΟΦΩΤΕΡΟΣ Δ' ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ, κ. τ. λ. Nos intelligimus Sophiſtas, genus Rhetorum, qua ratione a-

pud Suidam Theon uocatur σοφιστὴς τῶν λόγων ῥητορικῶν. Ανιστηροσίαν ſapit, quando Th. Marſilius ad Sueton. Veſpaſ. Cap. XIIX. Rhetores et Sophiſtas in iure ciuili paſſim coniungi docet, quod Rhetor Latine, Sophiſta uero Graece docuerit. Nam etiam Iſocrates a Philoſtrato quidem Sophiſta, a Dionyſio uero Halicarnaſſenſi Rhetor uocatur. Eodem modo Caecilius Athenaeo lib. VI. p. CCLXXII. ed. Commel. uocatur Rhetor, Suidae uero ῥήτωρ σοφιστεύσας ἐν Ρώμῃ. Quid multa? Rhetor notat eum in iure, qui Rhetoricam, Sophiſta eum, qui dialecticam diſcipulis tradebat. Negat tamen prius Eraſmus Schmidius ad Pind. Πυθ. δ. p. CXCI. Rhetoremque et Oratorem differre putat, ut ἄρτον et *panem*. Contradicit ei auctor dialogi de Oratoribus, quem Cornelium Tacitum eſſe plane credimus, quando ait, *Ipſorum quoque ORATORVM paucissimi praecepta RHETORVM, aut Philoſophorum placita, cognouerant*, id eſt, neque Rhetores, neque Sophiſtas, audiuerant. Idem haut paulo poſtea, *Exſpectantur, quos Rhetores uocant, quorum profeſſio quando primum in hanc urbem introducta ſit, quamque nullam apud maiores auctoritatem habuerit, ſtatim audietis.* Huc adde Cenſorium edictum Cnaei Domitii AEnobarbi, et Lucii Licinii Craſſi CESS. quod apud Suetonium de claris Rhetoribus lib. I. ita incipit, *Renunciatum eſt nobis, eſſe homines, qui nouum genus diſciplinae inſtituerunt, ad quos iuuentus in ludos conueniat, eos ſibi nomen impoſuiſſe Rhetoras.* Rhetori & Sophiſtae Tertullianus addit etiam Grammaticum, ut προπαιδεύματα λογικὰ adeſſent omnia, quando in *De pallio* ait, *Primus informator litterarum Grammaticus, et Rhetor, et Sophiſta.* Sed de hoc hactenus. Sequitur mox, τί θεοῖς ὅμοιον ἔχοιμεν. Manutius ἔχομεν

μεν legit. Hoc κοινότερον, illud est Αττικώτερον. Loco εἰπε mſc. Ambr. ειπας legit. Nec alia codd. Vaticc. est lectio. Fortasse ἀπεκρίθη, aut simile uerbum excidit. Veritas porro, quod diuina sit, et DIs nos reddat similes, θυγάτης Διὸς a Pindaro Olymp. i. uocata est. Nos pergimus ad illa uerba, ΟΥΚ ἐξ ἑνὸς, οὐδ' ἐκ δυοῖν, pro quibus in mſc. Ambr. exaratum est, οὐκ, οὐδ' ἐκ δυεῖν. Latine diceres, Vix, aut ne uix quidem, e duobus membris. E glossa ergo uidentur uerba illa, ΕΞ ἑνὸς, in textum esse illata. Negatiuis particulis eodem fere modo usus est Dio Prusaensis Orat. XXX. quum ait, Καὶ τῶν παραπλησίων βέβαιον οὐδὲν, οὐχ ἕν ἐστι. Pro Τά τε πράγματα mſc. Ambr. Τά τε τὰ πράγματα agnoscit. Manutiana editio etiam ὑποδιαστολὴν in uoce, τά, τε ponit, quae tamen non erat necessaria. Sic et Aldus P. fecit, ut passim ex eius edd. liquet. Imo etiam in Morelliana, quod magis mirere, editione αἵ, τε adhuc legitur apud Dion. Chrysost. Orat. XII. p. CCV. Sed haec, quum minutiora sint, quemadmodum et illa, quod διεφόρησε requirat Technicus, et, quod interpres uerba, τὰ παραπλήσια, Latine non reddiderit, monuisse breuibus sufficiat.

CAPVT II.

Βάθος *quid sit Rhetori. Platonis stilus. Natura quid possit. Versus occultantur aliquando in prosa. Boilauii emendatio reiecta. Interpres notatur. T. Fabri correctio approbata.* Ανορμάτιστος. *Alia in Longino notata. Sensus prisci cuiusdam Tragici uersuum suppletur.* Κεκραγέναι *de aquilone. Venti remugiunt. Alia de borea. Gorgias primus dixit,* προβάλλετε. *De eius scriptis.* Αντίοχος ὁ Θεός. *Insepulta sepultum. Sophoclis uersus quomodo apud Longinum legendi.* Ομως, *saltim.* Εικότως, *aliaque aduerbia solitarie posita.*

In

IN anteceſſum hactenus Longinus dixerat, quibus motus cauſſis, quicquid hoc libelli eſt, compoſuerit: iam ipſam ingreſſus viam ſectione II. disquirit, naturaene potior ſit habenda ratio, an artis, in conſequenda orationis ſublimitate. Sublimitatem ſtatim ab initio βάθος uocat, quod Cicero *elationem atque altitudinem orationis* dixit. Tacitus de Oratoribus dialogo *altitudinem* ſtilo Platonis adſcribit. πλατύτητα eam appellant, qui apud Suidam aiunt, πλάτωνα αὐτὸν κληθῆναι, ὡς πλατὺν ἐν λόγοις ὄντα. Sed περὶ τοῦ βάθους iam loquendum, quod τοῦ ὕψους eſt ſynonymum. EVſtath. ad Od. P. p. DCCCXXII. Τὸ δὲ, inquit, βαθείης βένθεσιν ὕλης δηλοῖ, ὡς μὴ μόνον ἐπὶ ὕδατος τὸ βένθος λέγεται, καὶ τὸ βάθος, ἀλλ' ἰδοὺ καὶ ἐπὶ ξυλόχου καὶ πολλοῦ δάσους. Ἐστι δὲ καὶ ἐπὶ στρατηγικῆς ἐκτάξεως, (Vid. Bud. Comm. p. CCCLXXIII. et DCXXXI.) ὑπονοεῖται δὲ καὶ ἐπὶ μεγέθους πόλεως, ὡς δηλοῖ τὸ, Κατέδυ Τρώων πόλιν εὐρυάγυιαν. Ἐπὶ βάθους γὰρ τὸ καταδῦναι. Sic βαθυλήϊον apud Homerum ἐπιθετικῶς λέγεται τὸ ὑψηλοὺς καὶ εὐτραφεῖς ἔχον στάχυας ſecundum eundem Homeri interpretem ad Iliad. Λ. p. DCCCLXII. Suidas, ΒΑΘΥΣΧΟΙΝΟΝ, ὑψηλὰς χοίνους φέρουσα. Sunt tamen, qui per τὸ βαθὺ profunda potius et recondita orationis ſenſa, quam ſublimitatem, uolunt intellecta. Sequuntur obiicientium uerba, γεννᾶται γὰρ, φασὶ, καὶ ἐξῆς. Mſc. Ambr. φησὶ legit, quod non plane reiecerim. Poteſt enim eſſe, ut nomen auctoris, apophthegmate hoc uſi, exciderit. Cuius autem id eſſe reputem, niſi ſit Pindari, dicere in praeſenti non habeo. Saepe enim ille Poeta naturae primas, ſecundas, tertias tribuit. Ita inquit Πυθ. β'. Γένοι', οἷός ἐσσι, μαθών. Et Nem. ά. Χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς στείχοντα μάρναθαι φυᾷ. In primis autem id fecit Olymp. θ. quod Tollius iam notauit, et Nem. γ'.

συγγε-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42:Leibn. Marg. 42, Stück 10, [28] - 8

συγγενεῖ δέ τις
ἐυδοξία μέγα βρίθει,
ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει, ψεφηνὸς αὐγὴς,
ἄλλοτ' ἄλλα πνέων, οὔποτ' ἀτρεκεῖ
κατέβα ποδὶ, μυρίαν
δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται.

AVt hunc, aut illum locum, Longinus ante oculos habuisse uidetur, aut utrumque, quum haec scriberet. Nec mirandum est, cur iisdem uerbis non usus sit Rhetor. Mos enim est Graecis scriptoribus saepe, Latinisque, sufficientem tantum auctoris sensum, non ipsa uerba, repraesentare. Exempla sexcenta sunt tum apud alios, tum apud Athenaeum, EVstathium, Suidam, et ipsum infra apud Longinum. Paulo post quid δειλότερα καθίσταται notet, optime docet Suidas in δειλία. Pro ὑφέστηκεν requirunt Grammaticae regulae ὑφέστηκε. Sed haec minoris sunt momenti. At in illis uerbis, ὡς ἐπικινδυνότερα αὖ τὰ ἐφ' ἑαυτῶν, eruditi in diuersas abeunt sententias. Boilauius τὰ πλοῖα excidisse putat, eumque sequitur Tollius. Msc. Ambr. legit αὐτὰ, quod sequitur T. Faber. Rectissime. Neque enim, qui aliter legunt, capiunt Longinum. ΑΥτὰ illa, ut ad oppositam a Tollio quaestionem respondeam, sunt αἱ ποσότητες, ἢ ὁ ἐφ' ἑκάστου καιρὸς, ἔτι δὲ ἡ ἀπλανεστάτη ἄσκησίς τε καὶ χρῆσις. Haec quidem omnia natura etiam fieri possunt. ΑΥτη γὰρ πρῶτόν τι ἢ ἀρχέτυπον γενέσεως στοιχεῖον ἐπὶ πάντων ὑφέστηκεν, omnium rerum, non earum tantum, quae in sublimitatis censum referuntur. At Rhetor praeterea τὴν τοῦ λόγου ποιότητα ἢ μάθησιν μετ' ἐπιστήμης magis considerat. Nihilominus methodus, siue ars ea προσορίσαι potest, ita enim plane cum Fabro legendum est, hoc est, determinare, quatenus iis Rhetorem uti oporteat. Supra dixerat

Longinus, aduerſarios dicere, τὰ φυσικὰ ἔργα ταῖς τεχνολογίας κατασκελετεύεσθαι. Iam reſpondet, ut et e ſequentibus patet, naturam, naturaliaque illa, quae ζῲ δωρητὰ alibi uocat, et frenis indigere, et calcaribus. Id ſi minus fiat, utrinque imminere periculum. Naturalia enim illa dona, τὰ αὐτὰ omnia, ſi humi infirma infractaque ſerpant, neque accedat methodus, et ars, quae illa corroboret, diſcrimini ait eſſe obnoxia, quemadmodum etiam eadem contrario modo, ſi ſublime petant, atque in ſolo impetu rudique conſiſtant audacia, aleae ſeſe exponant. Hic genuinus Longini ſenſus eſt, a quo multum abluditur Tollius. Vocat Longinus τὰ φυσικὰ ἔργα ἀσήρικτα καὶ ἀνερμάτιστα. Suidas, ΑΝΕΡΜΑΤΙCΤΟΝ, ἀσήρικτον, ἄοπλον, καὶ παρασάλευτον. Ita enim legendum eſt pro ἀπαρασάλευτον. Euſtathius ad Iliad. A. p. CXL. οἶδαμεν δὲ καί τινα πλοίου ἔνθεσιν ἔρμα λεγομένην, ὅπερ ἡ μὴ ἔχουσα ναῦς ἀνερμάτιστος λέγεται. Ibidem exponit etiam, quaenam fuerint illa ἔρματα νηῶν, quod facit etiam ad Od. E. p. ∞ DXXXIV. Poſſint etiam e Suida uerba illa, ἀσήρικτα καὶ, e gloſſa illata uideri. Pro ἀνερμάτιστα mſc. Ambr. ἀνερμάτιστον legit, quod forte in ἀνερμάτιστ' ἂν reformandum eſt. Poſtea alludit Longinus ad notum Iſocratis effatum. ὅτι γὰρ, inquit Suidas in ΕΦΟΡΟΣ, τὴν ἑρμηνείαν τῆς ἱστορίας ὁ ΕΦΟΡΟΣ ἦν ὕπτιος καὶ νωθρὸς, ὁ δὲ Θεόπομπος συνεχὴς καὶ φορᾶς μεστὸς, ὁ Ισοκράτης τὸν μὲν ἔφη χαλινοῦ δεῖσθαι, τὸν δὲ ΕΦΟΡΟΝ κέντρου. Deinde Longinus docuit, quod et illi, qui natura ſunt καμαιβάμονες, et illi, qui natura ἀεροβατοῦσι, τῆς ἐπιστήμης ἔνδειαν ἔχουσι, quemadmodum prudentia in omni felicitate, ſiue ea magna ſit, ſiue minor, requiritur. Poſt τῶν λόγων εἴποιμεν in mſc. Ambr. ſignum lacunae appoſitum eſt, cui in margine adiiciuntur haec uerba, Ενταῦθα ἐλλείπει περὶ ἓν φύλλον.

In

In Manutiana editione ita legitur, τῶν λόγων εἴποι * * * μεν. ὡς ἡ μὲν * * * Sed hanc quidem ſectionem totam iam habemus mſc. Vaticani primi beneficio in Tolliana editione. Sequens ſectio capite caret. In Tragici Poetae loco recte putat tres quatuorue uerſus periiſſe T. Faber. Eorum ſententia ipſi quidem non apparet: Ego eam hoc modo repraeſentare auderem,

Ηκω λιπών τε Θρᾳκίαν καὶ Στρυμόνα,
Ηκω δ' ἀήματ' ἐξεμῶν πρὸς οὐρανὸν,
Εμοῦ δὲ πνοιαῖς πείθεθ' Ηφαίστου κράτος,
Ην τοὐμοῦ ἐξίωσιν αὐλητηρίου.
Δειλοῖς τε θνητοῖς τοῦτ' ἂν ἦ διὰ Φροντίδος,
Καὶ μὴ κ. τ. λ.

Loquitur Boreas uentus, quemadmodum apud AEſchylum Βία καὶ Κράτος. Verſum, Καὶ μὴ καμίνου χῶσι μάκιστον σέλας, eleganter expreſſit Tibullus lib. I. principio,

Et meus exiguo luceat igne focus.

Ita enim legere malim cum Scaligero, quam cum Barthio lib. IIII. cap. XI. Aduerſ. *adſiduo.* Μάκιστον in κάκιστον mutant quidam libri, neque Tollius plane eam lectionem reiicit, quae tamen ἀπροσδιόνυσος eſt, et in legem Pediam peccat. In ultimo uerſu, Κέκραγά πω noſter codex legit. Sed Manutius edidit, κέκραγ' εἴπου. Poſſet eius loco legi, κέκραγ' οὔπω. Κέκραγα de aquilone καταχρηστικῶς quidem, nec tamen plane inepte. Eſt enim uentus uehementiſſimus. Conſulantur, quae Ez. Spanhemius ad Callim. p. CCCXLIV. obſeruauit. Eodem modo Horatius lib. III. Od. X.

AVdi, quo ſtrepitu ianua, quo nemus,
Intra pulcra ſitum tecta, remugiat
Ventis? - - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [31] - 11

Sed κεκραγέναι μέλος plane est frigidum. Tamen de pinu uento agitata Catull. Epigr. IIII.

Loquente saepe sibilum edidit coma.

Nempe uero, quia Poeta hunc uentum antea αὐλητὴν uocauerat, qui ab Hieronymo *scopa uiarum* dicitur: ideo eum hoc loco denuo *mugientem Strymonia mele* introducit. Postea Gorgiam ridet Longinus. De eo plures plura dixerunt. Princeps ex omnibus ausus est, in conuentu poscere, qua de re quisque uellet audire. Vid. Cicero lib. III. de Orat. et lib. II. de fin. bon. ac Plin. lib. XXXIII. Cap. IIII. Hodie duae adhuc eius orationes in nostris sunt manibus, quarum tamen altera, Ὑπὲρ Παλαμήδους ἀπολογία, an Gorgiae sit, ualde dubitat V. C. Fuluius Vrsinus in Virgilio cum Graecis Scriptoribus collato, p. CCCLXXXVI. Eiusdem Ἐγκώμιον εἰς Ηλείους memoratur Aristoteli lib. III. Rhetor. p. CIII. ed. Vascosan., ubi etiam de eo plura. Neque haec monuissem, nisi uiderem, silentio ea esse inuoluta ab eo, qui de Graecis scriptoribus in *bibliotheca* sua alioqui docte satis fuseque egit. Porro quemadmodum Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεὺς fuit dictus a Gorgia: ita eodem modo Αντίοχος ὁ Θεὸς e Graecis historiis notus est. Idem sicuti γύπας ἐμψύχους Ἰάφους uocauit: ita Cicero I. Philipp. *insepultam sepulturam* dixit. Huc pertinet et illud, *Vitam sine litteris uiui hominis esse sepulturam.* Versus Sophoclis integri habentur in Cic. Epist. ad Attic. lib. II. ep. XVI. Inemendate eos in Longino legi ad Aristophanem iam monuit Q. Septimius Florens Christianus. Tollius οὐ μικροῖς μὲν legit. Ego aut omnino e Cicerone locum emendarem, aut uulgatam lectionem retinerem, explicaremque eam eodem modo, quo id fecit ὁ πάνυ Salmas. in exercit. Plin. p.

DCCCXXXIII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [32] - 12

DCCCXXXIII. ed. rariſ. Pro φορβειᾶς mſcr. Ambr. φορβιᾶς legit. Nec damnanda eſt haec lectio, quum et Suidas ita ſcribi teſtetur. Paulo ante φλοιώδης γὰρ ἀνὴρ, idem mſc. legit. Volunt eſſe ſenarium, Μεγάλως ἀπολιῶθαίνειν, ἁμάρτημ' εὐγενές. Verum in mſc. Ambr. et in Vaticanis duobus, ut Tollius notauit, legitur meo iudicio rectius, Μεγάλως ἀπολιῶθαίνειν ὅμως εὐγενὲς ἁμάρτημα. Ita ὅμως per Latinorum *ſaltim* eſt exprimendum. Deinde legendum, Καὶ δήποτε, *et tandem*, non, ut in mſc. Ambr. erat, καὶ μήποτε. De prouerbio, οὐδὲν γάρ ἐστι ξηρότερον ὑδρωπικοῦ, agit Adrianus Iunius in adagiis a ſe collectis. Paullo poſt ἀντικρυς ὑπεναντίον recte ſcribitur, neque lectio illa a Fabro ſolicitanda erat. Αντικρυς enim hoc loco plane notat Φανερῶς, quemadmodum EVſtathius eam uocem ad Iliad. H. et ad Od. Φ. p. ∞ DCCCCXV. aliquando ſumi docet. Pro ὑπὸ περιεργίας in mſc. Ambr. ὑπὸ περιεργασίας legitur. Recepta tamen lectio alterius apici appoſita eſt. At τροπικὸν ne uertas cum mſc. Ambr. in ῥοπικὸν per ο μικρὸν, quaſi παρὰ τῆς ῥοπῆς uox deriuetur. In fine huius ſectionis aduerbium εἰκότως ſolitarie poſitum reperitur, quod elegantiae Graecae eſt. Eodem modo Thucydides lib. I. Υπὸ γοῦν τοῦ Μήδου, inquit, δεινότερα τούτων πάσχοντες ἠνείχοντο, ἡ δὲ ἡμετέρα ἀρχὴ χαλεπὴ δοκεῖ εἶναι. Εικότως. Τὸ γὰρ παρὸν ἀεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις. Sic τὸ *falſo* uſurpat Cornelius Nepos Alcibiad. Cap. IX. itemque τὸ *fruſtra* et *nequaquam* Liuius, Valerius Maximus, aliique, de quo fuſe diſſeruit ad Liuium eruditiſſimus Io. Fred. Gronouius.

CAPVT III.

Ελεγκτικός. *Non ſcribendum* elenchticus. *Iſocrati* λόγος παραγραφικὸς πρὸς Καλλίμαχον *uindicatur contra F. Vrſinum.*

Διὰ, per, *cum accusatiuo. Metalepsis. Oculi* αἰδοῦς οἰκητήρια. Κορυβαντιᾶν. *Suidas correctus.* Κρίσις *nobilissima pars Grammatices. Vera laus Is. Casauboni.* Ανάξημα *quid sit.* Τὸ γαῦρον. *Delphines* γυροί. *Lectio Marcelli Sidetae expenditur. Omnibus placere difficile.* Επήβολος. Αδρότης, *sublimitas. Longinus passim corrigitur.*

IN sectione IIII. non procul ab initio pro ἐλεγκτικώτατος in msc. Ambr. est ἐλεπτικώτατος contra usum, et Longini mentem. Ελεγκτικὸς apud Homerum, ut notant magistri Graeci, ἐπὶ ὕβρεως κεῖται, ϗ ἐν ἴσῳ τῷ καταισχύνειν. Ανορθογραφησία est, si Latine *elenchticus* scribitur. Post ἐλάττοσι παρέλαβεν abest uox ἔτεσιν in msc. Ambr. quam sensus tamen requirit. Quot Isocrates annos dicatur orationi Panegyricae elaborandae impendisse, satis aliunde notum est. Vocatur ab Athenaeo ὁ τῶν ῥητόρων αἰδημονέστατος. De eius λόγῳ παραγραφικῷ πρὸς Καλλίμαχον noto, quod Fulu. Vrsinus in Virgilio cum Graecis scriptoribus collato p. CCXXX. Harpocrationis in uoce ῥίνων auctoritate stilique diuersitate commotus eam orationem Isaeo tribuat. At ego mss. Isocratis auctoritatem sequar, cum stilum praecipue ab Isocratico abiisse non possim perspicere, et in Harpocratione mendum inesse reputem potius, quum etiam scholia Comici ad νεφέλ. p. CLXXXVIII. Ισοκράτους πρὸς Καλλίμαχον παραγραφὴν laudauerint. Pro κατ' ἀνδρείαν msc. Ambr. κατ' ἀνδρίαν legit. Vtraque lectio ferri potest. Nam et ἀνδρία scribitur infra p. LXIV. ed. Toll. Δι' ἕνα ἄνδρα expone *per unum uirum*, ut τὴν δια αἰτιατικὴ sequatur. Sic EVstathius ἐν σημασίᾳ τοπικῇ apud Homerum annotauit διὰ δῶμα ad Od. H. et διὰ δώματα ad Od. o. Etiam διὰ στόμα ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ διὰ στόματος notauit Scholiasta Oppiani ad lib. II. αλιευτ. uers. DLVII. p. CIII.

p. CIII. Loco Ερμοκράτην mſc. Ambr. Ερμοκράτη legit, quomodo Αριστοφάνη καὶ Σωκράτη dixit Plato. Sed de his egit H. Stephan. paralip. Grammat. p. CXXXIV. Mox in mſc. Ambr. legitur, Διὰ τοῦτ' αὐτὸ τῆς τυραννίδος ἀφείλοντο. Mallem equidem, Διὰ τοῦτ' αὐτοῦ τὴν τυραννίδα ἀφείλοντο, legere. Deinde ibidem in illis uerbis, Καί τοι τί δεῖ, deſunt priores duae uoces. Fortaſſe prius fuerat, Τί δὲ δεῖ. Potuit enim aduerſatiua a ſequentibus ſimilibus litteris fuiſſe conſumta. Placet etiam haec lectio, quia καί τοι linea uix interiecta repetitur. In Xenophontis uerbis pro μεταστρέψαις legitur tantum in mſc. Ambr. στρέψαις. Oculi ὅτι αἰδοῦς οἰκητήριον, demonſtrat EVſtathius ad Iliad. N pag. CMXXIII. Scilicet, quia nulla ex parte corporis maiora animae indicia elucent, quam ex oculis, ideo omnis olim adfectus habiti ſunt teſtes. Vide Adamantium Sophiſtam περὶ ὀφθαλμῶν, et, quae C. Barthius ad Claud. in nuptias Honorii et Mariae, uerſ. VII. fuſiſſime annotauit. Per μετάληψιν uero παρθένον hoc loco κόρην denotat. Metalepſeon exempla qui plura cupit, euoluat Ioannis Pedaſimi ſcholia Graeca in Theocriti, ſeu quicunque eius auctor eſt, Syringa. Poſtea uerba, Διόπερ Ομηρος τὸν, abſunt in cod. Ambroſ. Locus Homeri extat Iliad. A. uerſ. ccxxv. ubi Achilles Agamemnonem ita alloquitur. In Longino περὶ τοῦ ἰταμοῦ legere malim. Φώριον quid ſit, Suidas late docet, ubi uide. Κατέλιπεν, quemadmodum ſupra quoque hac in ſectione ἔγραψεν, ultimam litteram habet ſuperfluam. Pro, Τῇ σπάρτῃ, καθεύδειν in mſc. Ambr. eſt, Τὴν σπάρτην, τὸ καθεύδειν. Mox τὸ φάναι Manutius legit rectius. In fine huius ſectionis habetur, Πρὸς τὸν αἰῶνα ἅπαντα. At Manutius ultimum uerbum ad ſequentem retulit ſectionem, et τελείαν σιγμὴν poſt uocem αἰῶνα poſuit. Eadem diſtin-

distinctio in msc. Ambr. extat, nisi quod praeterea ibi uox τᾶυτα, sequentis tmematis principium, desideretur. Interim tamen negari non potest, quod πᾶς ὁ αἰὼν tam sect. IX. quam saepius alibi dicatur a Longino, ideoque uulgatam lectionem sede sua mouere religioni nobis ducimus. Sectione V. statim sub initio Rhetores sui temporis κορυβαντιᾶν Longinus ait. Secundum EVstathium ad Dionysium τὸν περιηγητὴν, Κορυβαντιᾶν ἐστι τὸ μετ' ἐκστάσεως ἐνθουσιᾶν. Aristophanes σφηξίν,

Αλλ' ἢ παραφρονεῖς ἐτεὸν, ἢ κορυβαντιᾷς.

Scholia ibi p. CDXXXII. Κορυβαντιᾷς, μαίνῃ. Consule de eadem uoce omnino Suidam, in quo male legitur ille epigrammatis uersus,

Καὶ Κορυβαντείων ἰαχήματα χαλκήρεα ῥόπτρων.

Lege, metro postulante, χάλκεα. Deinde late de hac uoce post alios egit Cl. Salmas. ad Solin. p. ∞ LXXXVI. Mox γενέσθαι φιλεῖ legit msc. Ambr. non, γίγνεσθαι. Pro, AI μεταβολαὶ καὶ αἱ ὑπερβολαὶ Manutius tantummodo, AI ὑπερβολαὶ, msc. uero Ambr. AI μεταβολαὶ tantum legit. Statim post pro, Ἐκφεύγειν ἂν δυναίμεθα msc. Ambr. ὁριστικῶς legit, Ἐκφεύγειν δυνάμεθα. Sequenti sectione VI. pro ἔσται δὲ msc. Ambr. ἔστι δὲ legit. De κρίσει nobilissima Grammatices parte late egit Ianus VVouerius in politissimo *De Polymathia* tractatu Cap. XVI. Etiam Isaacus Casaubonus, quum perfectum sibi Criticum sumsisset informandum, docuit, tribus potissimum eum inniti debere, iudicio nempe in tractandis ueterum mss. magno, magna eruditione, nec mediocri usu. Sed illius uiri laborem nobis fata inuiderunt, quo in Graecis litteris a IIII. usque post natum Seruatorem saeculo, si fortasse unicum excipias EVstathium, maiorem habuimus neminem. Nos

iam

iam ad sectionem pergimus VII. In ea pro, φαντασίαν ἔχοντα, msc. Ambr. legit, φαντασίαν ἔχοι δὴ, quae plane uera est lectio. Mox idem pro ἀναπτυσσόμενα non aeque recte legit ἀναπιπτόμενα, quae uox e genuina Longini scriptura, ἀναπτυ⟨σ⟩όμενα, detorta est. Deinde mallem ὅλως εὑρίσκοντο rescribere, quam uulgatum ἄλλως retinere. ταῦρόν τι παράσημα quid sit, Tollius dixit. Vocem παράσημα in ἀνάσημα msc. Ambr. mutat. Nec damno plane hanc lectionem. Ανάσημα enim et παράσημα unum idemque sunt. Suidas, cum inter ἀνάσημα ἡλικίας καὶ ψυχῆς distinxisset, pergit, Ανάσημα δὲ ψυχῆς τὸ πρὸς ἀρετὰς ἐπιτεταμένον καὶ σύντονον ἰδίωμα. ταῦρον uocatur hoc ἀνάσημα, nec epitheton istud hoc loco est in uitio. Idem de delphinibus, si cl. Io. Alberti Fabricii coniectura uera est, usurpatur Marcello Sidetae περὶ ἰχθύων fragmento, uersu XXXIX.

Καὶ γαυροὶ δελφῖνες, ἀεὶ νάυτησιν ἑταῖροι.

Primo scribendum erat γαῦροι. Deinde non uideo, cur Morelli lectio γυροὶ reiiciatur. Ouidius lib. II. Metamorph.

- - Nec te super aequora curui
Tollere consuetas audent delphines in auras.

Propert. lib. III. Eleg. XV.

Curuaque Tyrrhenos delphinum corpora. --

Vnde et φριξαυχένες uocantur apud AElianum in asmate Arionis. Vocem κατεξανάστησις in κατεξανείστασις msc. Ambr. uertit. Ego sane caussam nondum uideo, cur κα⟨τ⟩εξανάστασις reponi nequeat, si inprimis Tollii mentem sequamur, et explicationem, quae omnino uera est. Τὰ διὰ παντὸς ἀρέσκοντα καὶ πᾶσιν in paucis sane inuenies. Nec male Clemens Alexandrinus οὔ ποτε, ait, ἆρα ὀρεκτέον ἐστὶ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν. *Sufficiunt* quippe *omnes sibi, omnibus nemo*, ut inquit Apollinaris Sidonius lib. VII. epist. IX. At

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [37] - 17

apud Ciceronem haec inuertuntur, qui lib. I. Epiſt. ad famil. principio ita ad Lentulum praefatur, *Ego omni officio ac pietate erga te ceteris ſatisfacio omnibus, mihi ipſe nunquam ſatisfacio.* Sectione IIX. occurrit uox ἀδρεπήβολος. Ea per η eſt ſcribenda in media ſyllaba, quanquam ἐπιβολὴν per iota ſcribamus. Conſule EVſtath. ad Iliad. Θ. p. DCXI. de huius uocis orthographia. Praeter allata e Porphyrio, multo plura e ueteribus Grammaticis de hac uoce affert idem ad Od. B. p. ∞ CCCCXLIIX. Namque ibi et Platonis et Xenophontis habentur exempla, notaturque, οὐ ποιητικὴν λέξιν, ἀλλὰ Ατ]ικὴν εἶναι κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἢ παρὰ τοῖς ὕστερον ἠμέληται. Adde etiam Suidam et Etymologicum magnum in ἐπήβολος. Αδρὸν quid ſit, docet Suidas, quando ἀδρότητα explicat per ὑψηλότητα. Poſt ταῦτ' ἄμφω Tollius excidiſſe putat ἐνόμισεν. Ego, quum in mſc. Ambr. inuenerim, ταῦτ' ἄφω, legerem lubentius, ut nihil excidiſſe credatur, Ταῦτ' ἀφίει. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

CAPVT IIII.

Τὸ δωρητὸν *cui opponatur. Heſiodi* Ασπὶς Ηρακλέους. *De Heſiodo ſiniſtra iudicia.* Υψηχέες ἵπποι. *Homeri locorum aliquot uaria ſcriptura. Homerus an* ἄθεος. Περὶ τῶν ἀθέων. *Diagoras Melius, non, Mileſius. EVſtathius correctus. Mors miſeriae malorumque portus.* Τόπος τεχνικῶς *ſumtus.* Καὶ τὰ λοιπὰ *in Longino ſaepius deſideratur.* Λιτότης *aliquando dicitur* ἀντίφρασις. *Tollius notatur.* Ατὰρ *et* αὐτὰρ *in uſu ſunt proſa uſis ſcriptoribus. Deuarius notatur.* Σωμάτιον *de corpore plurium librorum.* Απαιμή. Διὸς ἐνύπνια. Εγκέφαλος *uetuſtiſſimis Graecis uſurpata uox, Homero, EVripidi, Ariſtophani. Apollodorus Gr notatur, et T. Faber. Longinus correctus paſſim et emendatus.*

Pergit

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [38] - 18

PErgit Longinus de ſenſuum altitudine ſectione IX. diſſerere. In ea τὸ δωρητὸν uocat donum naturae, nempe quia *grande profecto in nobis donum natura ipſa eſt*, ut Bernhardus inquit, opponitque illud τῷ κτητῷ, hoc eſt, arte acquiſitis. At a Tragico ueteri apud Suidam in uoce, δωρητὸν, opponitur τῷ αἰτητῷ. Operarum uitium eſt, κατ' ὅσον, pro, καθ' ὅσον. Ante uoces, Τίνα φήσει τις τρόπον, Manutius lacunam in mſc. Beſſarionis, quo uſus eſt, aſteriſco appoſito notatam fuiſſe innuit. Pro ἐν Νεκυίᾳ mſc. Ambr. ἐν τῇ Νεκύᾳ legit. Locus eſt Iliad. Λ. uerſ. DLXI. Poſt ὡς ἔχειν in eodem mſc. uox δεῖ abeſt, et abeſſe ſaluo Helleniſmo poteſt. Deinde poſt uerba, Ἐγὼ μὲν ἠρκέσθην, in margine mſc. Ambr. leguntur haec uerba, Ἐνταῦθα ἐλλείπει πολὺ, περὶ τρία φύλλα. Paulo ante κατὰ τὸ εἰκὸς expone, *ut ueriſimile eſt*. De carmine Heſiodi, quod Ἀσπὶς Ἡρακλέους hodie inſcribitur, Q. Septimius Florens Chriſtinus ad Ariſtophanis Irenem, p. DCLVII. iudicat, quod pars τῶν ἡσιῶν μεγάλων fuerit. Ei adſtipulantur hodie uiri eruditi. De Heſiodo ipſo, Poeta certe aureo, et ad uerbum, uti Romae olim fieri ſolebat, ediſcendo inique ſatis iudicat Ph. Caroli, uir quidem doctus, ſed ſibi non ſatis conſtans, qui ad AGellii lib. et cap. IX. noct. Attic. *Heſiodi uniuerſa opera ne cum uno quidem uerſu Georgicorum Virgilii comparanda eſſe* edicit. Haut paulo mitius C. Barthius ad Claud. lib. I. uerſ. XXIX. in Rufin. p. ∞ XCVI. *Heſiodi Theogonia futiliorem et ineptiorem librum nullam habuiſſe unquam aetatem* cenſuit. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσομεν. Paulo poſt in mſc. Ambr. ὁ δέ πως μεγεθύνει, legitur. Manutius edidit, ὁ δὲ ὑπερμεγεθύνει. Vulgatam lectionem tamen non cenſeo eſſe mutandam. In Homeri loco non ὑψαύχενες ἵπποι uocantur in uulgatis Homeri

edd. Iliad. E. uers. DCCLXXII. Sed, ut etiam mſc. Ambr. legit, ὑψηχέες. Suidas, ΥΨΗΧΗC, ὑψαύχην, καὶ, ὑψηχέες ἵπποι. Sunt autem ὑψηχέες ἵπποι, ὧν ὑψοῦ ὁ ἦχος ἥκει τῶν ποδῶν. Virgilius diuine uertit AEn. IIX. uers. DXCVI.

Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

In inſequenti Homeri loco ex Iliad. Φ. uers. CCCLXXXIIX. deſumto, ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν, in uulgatis eius codd. legitur. Laudat eundem etiam Plinius lib. IX. epiſt. XXVI. ubi eadem ſcriptura. Tertius locus Homeri eſt ex Iliad. Υ. uers. LXI. In edd. Homeri pro, Μή οἱ ἔπειτα, legitur, Μή οἱ ὕπερθε. Πάντ' ἄμα pro πάνθ' ἅμα uitium operarum eſt. Pro πλὴν εἰ μὴ mſc. Ambr. πλὴν ἄλλως εἰ μὴ, et Manutius rectius, πλὴν ἀλλ' εἰ μὴ, legit. Poſtea parum abeſt, quin Longinus Homerum uocauerit atheum. Athei qui ſint, Suidas docet. *Olim Chriſtiani omnes conuicio gentilium infauſti et athei ſunt nominati*, ut ait Arnobius lib. I. aduerſus gentes, p. CXXXIIX. ed. Barr. Etiam ex ipſis gentilibus quidam hoc nomine ſunt infames. De Critia Rhetore atheo Lucianus περὶ θυσιῶν, de Protagora Suidas, de aliis alii egerunt. Homerum excuſat EVſtathius ad Od. Γ. p. ∞ CCCCLXXIII. ubi ait, ΕΙ δὲ δεισιδαίμων ἐνταῦθα δὲ καὶ ὅλως ἐν τοῖς τοιούτοις ὁ ποιητὴς, καθὰ μυριαχοῦ φαίνεται, ὅμως νοητέον, ὅτι ἐνθύμιον ἔχει θείας δυνάμεως, ὃ δηλοῖ ἀριδήλως ἐν τῷ, -- Παντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι. ΕΙ δὲ ἐν τοῖς ὕστερον ἄθεοι ἀπέβησαν Διαγόρας ὁ Μιλήσιος, καὶ ΕΥημερος ὁ Μεσσήνιος, καὶ Διογένης ὁ Φρὺξ, καὶ Ιππων, καὶ Σωσίας, καὶ Επίκουρος, διδότωσαν εὐθύνας, ὁποίαις οὐκ ἂν ἁλωτὸς εἴη Ομηρος. Mendum librariorum eſt in his uerbis. Scribendum enim eſt, Διαγόρας ὁ Μήλιος, non, ὁ Μιλήσιος, quanquam etiam Diagoras Mileſius, quaſi ab Homero citatus eſſet, in *indice SCRIPTORVM ab EVſtathio in commentariis ad Homerum*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [40] - 20

merum ALLEGATORVM, bibliothecae Graecae Fabricii inſerto, legatur. Ita, ut emendauimus, ſcripſiſſe EVſtathium, quis melius probabit, quam ipſe EVſtathius, qui ad Dionyſium Afrum uers. DXXX. p. LXXXIIX. Rob. Steph. ἐκδόσεως, ita ſcribit, Αλλοι δὲ Κυκλάδα τὴν Μῆλον φασὶν, ὁμώνυμον ἔχουσαν πόλιν, ὅθεν ἦν Διαγόρας ὁ Μήλιος, ὁ ἐπ' ἀσεβείᾳ κωμῳδούμενος. Κωμῳδούμενον uocat Diagoram EVſtathius, quia de eo Ariſtophanes ὄρν.

Τῇδε μέν τοι θημέρᾳ μάλιϛ' ἐπαναγορέυεται,
Ην ἀποκτείνῃ τις ἡμῶν Διαγόραν τὸν Μήλιον
Λαμβάνει τάλαντον. -- καὶ ἑξῆς.

Niſi alter fuiſſet EVſtathii locus, plane et ego eum uitioſis Plutarchi codd. uſum eſſe aſſeuerarem. Nam in eis *De placitis Philoſoph.* lib. I. cap. VII. etiam ſcribitur, Διαγόρας ὁ Μιλήσιος. Emendauit Plutarchum, et, qui eundem errauerant errorem, EVſebium et Theodoritum, uir cl. Richard. Bentleius ad Callimachi fragment. p. CCCXL. Valerius Maximus lib. et cap. I. ait, *Diagoram Philoſophum Athenienſes* ideo tantum *pepuliſſe, quia ſcribere auſus fuerat, primum ignorare ſe, an* DI *eſſent, deinde, ſi ſint, quales ſint.* Melium uocauit Diagoram etiam Cicero lib. I. de N. D. principio. Plus de eo dixerunt idem lib. III. de N. D. fine, Athenagoras in apologetico, AElianus lib. II. ποικίλ. ἱϛορίας, Suidas, et Heſychius Illuſtris. De EVhemero Meſſenio ſatis dixit Angelus Politianus cap. XXXV. Miſcell. Hi tamen et ipſi, reliquique, diſputatur an athei ſint uocandi, ut uidere eſt e Clement. Alexandr. protreptic. ad gentes p. XV. ed. Morell. et M. Anton. Mureti uar. lect. lib. X. cap. XVII. Deinde mors Longino uocatur λιμὴν κακῶν. Male enim mſc. Ambr. καλῶν legit, quum *a malis mors abducat, non a bonis*, ut Cicero ait. Sic in ſenario prouerbiali

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [41] - 21

λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη.

Apud Suidam in θάνατος mors eodem sensu uocatur κακῶν ἀποδρασις. *Finem miseriae* eam uocat Cicero lib. I. Tuscul. et *metam, quo omnes tendimus properamusque*, Ouidius. Seneca plane eleganter, *Vt felicior est, quem uentus acrior cito in portum pertulit, quam, quem uenti segnes delassarunt: ita fortunatior est, quem festina mors statim his uitae malis eximit.* In Longino mox legitur ὁ τύπος. Rectius autem scribitur ὁ τόπος, quemadmodum etiam Manutius edidit, consentitque msc. Ambr. Nempe τόπος iuxta Suidam dicitur etiam ἡ ἑκάστου λόγου περίοδος. Qui Graecos Grammaticos legit, uerbis hisce fidem non detrahet. Post uerba, Καὶ ὕλη, msc. Ambr. et Manutius addunt hunc uersum,

Καὶ κορυθαὶ, Τρώων τε πόλις, ἠῢ νῆες Αχαιῶν.

Deest tamen et ipse in uulgatis Homeri edd. Pro πέτοντο male in msc. Ambr. πέτωντο habetur. In Homeri edd. est, Τοὶ δ' ἐπέτοντο. Ceterum post haec uerba apponendum erat, καὶ τὰ ἑξῆς, si id Dionysio nostro semper moris esset, cum sensus non est integer. Nec facit idem Plinius lib. IX. epist. XXVI. Demosthenis locum adducens. Hoc tamen te, lector, nescire uolo, in Longini msc. Ambr. ubi id desiderabatur, spatium aliquot litterarum uacuum post ultima fere uerba aduerti, quod id subindicabat. Ante uerba, Βῆ δ' ἐλάαν, male Manutius copulam omisit. Sequitur iam Longini de Mose iudicium, quem uocat οὐ τυχόντα τινὰ ἄνδρα, hoc est, *inprimis egregium uirum*. Figura est λιτότης, siue, ut ueteribus quoque dicta fuit, ἀντίφρασις. Scholia ad Apollon. lib. I. Argonaut. uers. XLV. Τὸ δὲ ΟΥ ΔΗΡΟΝ ἀντὶ τοῦ ΤΑΧΙCΤΑ. Ο τρόπος ἀντίφρασις. Porro de eo dicit Longinus, ὅτι τὴν τοῦ θείου

δύναμιν

δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐγνώρισε καὶ ἐφήνεν. In msc. Ambr. ἐχώρησε satis quidem recte legitur: Neque tamen ego lectionem damnem uulgatam, siue eam uertamus, *agnouit*, siue, *notam* (*potentiam scilicet Numinis*) *fecit*. Sane ὁ ὢν ipse ad Mosen Exod. VI. tmem. III. ὤφθην, inquit, πρὸς Αβραὰμ, καὶ Ισαὰκ, καὶ Ιακὼβ, Θεὸς ὢν αὐτῶν, καὶ τὸ ὄνομα ΚΥΡΙΟΣ οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς. Synonyma sunt ἐγνώρισα καὶ ἐδήλωσα. Ipsa Mosis uerba posteriora κατ' ἔννοιαν adduxit Longinus. Vide Genes. I. uers. IX. et X. Si coniectura me non fallit, Longinus fortasse non tam septuaginta seniores legit, quam hoc exemplum e Caecilio Rhetore, qui τὴν δόξαν Ιουδαΐζω σοφὸς τὰ Ἑλληνικὰ uocatur a Suida, mutuatus est. Quodsi Hebraice doctus fuisset Longinus, maiestatemque linguae sanctae innatam percepisset, maiori fortasse adhuc admiratione haec Mosis uerba fuisset prosequuturus. Paulo post msc. Ambr. legit, Εν ἔτι τοῦ ποιητοῦ, unde sane liquet, κατὰ τῶν ἀνθρωπίνων in sequentibus scribi oportere. Νὺξ ἄπειρος quae in uulgatis codd. uocatur, in msc. Ambr. est ἄπορος. Tollius quando Fr. Portum ita legere ait, solitum facit. Nam ubi γρ. margini ille adscripsit, Tollius emendationes has esse ipsius Porti autumat, quum sint uariae tantum lectiones, quae ineptas etiam interdum non excludunt. Sed hoc monuisse sufficiat. Mox συνεμπνεῖ τοῖς ἀγῶσι scriberet Technicus. Εν τάφροις in msc. Ambr. paulo post legitur. Υποκατιὼν usurpat Longinus ἁπαξ. Matthaeus Deuarius, is, qui accuratum in EVstathii παρεκβολὰς indicem conscripsit, in libro *De Graecis particulis* ΑΥΤΑΡ mere poeticum, ΑΤΑΡ uero Atticis aliquando usurpatum asserit. Falso. Nam τὸ ΑΥΤΑΡ extat etiam in Dione Chrysostomo, Orat. VII. p. C. Τὸ ΑΤΑΡ uero usurpant LXX. seniores Iob. VI. commat.

XXI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [43] - 23

XXI. Paulo poſt Homeri libros Longinus uocauit σωμάτιον. Cωμάτιον enim eſt opus plurium librorum, qui uno corpore comprehenduntur. Optime hac de re diſſeruit Cl. Salmaſius in exercitationum Plinianarum limine. Notum eſt et illud Poetae,

-- *Sacri lacerum collegit corpus Homeri.*

Immo σωμάτιον Graecis etiam membrana eſt, et codex. Gloſſae: *Membrana*, διφθέρα, σωμάτια. Aliae gloſſae, Διφθέρα, τὸ βιβλίον, *membranum*, *codex*. Pro, ΟΤ τὸ ἀγχίστροφον, recte legitur a Manutio, ΟΤ δὲ τὸ ἀγχίστροφον. Deinde reſcribendum eſt e mſc. Ambr. Καὶ ταῖς ἐκ τῆς ἀληθείας. Τὰ ἴδια τέρματα reformatum eſt in mſc. eodem in τἄιδια μέτρα; Sed, ſi duo priora uocabula ἐν ἑνὶ μέρει λόγου ſunt legenda, ἡ τέχνη requirit τἄδια. Ante uerba, Ινα δείξωμαι, Manutius interiicit, ὡς ἔφην, deindeque legit, ἵνα δείξαιμι. Nec aliter interpres legit. Απακμὴ quid ſit, non docent Lexicographi, quemadmodum alia quoque multa. Pro, Δέχ' ἡμέρας, mſc. Ambr. legit, Δέχ' ἡμέραις, quod eſt uſitatius. Διὸς ἐνύπνια *magnifica ſomnia* uocantur παρεμιακῶς, quibus opponi poſſunt Ορέστειοι ὄνειροι, de quibus Paroemiographi. Sic Διὸς ἐγκέφαλον, *cerebrum Iouis*, non tantum antiqui uocarunt *ſcarum*, quod Ennius fecit, ſed omnes etiam lautitias. At Apollodorus apud Athenaeum quid uoluit, quando antiquos a uoce ἐγκέφαλος abſtinuiſſe ait? Homerus Iliad. P. uers. CCCXCVII.

Εγκέφαλος δὲ παρ' αὐλὸν ἀνέδραμεν ἐξ ὠτειλῆς
Αἱματόεις. - -

At, inquit, ſaltim EVripides dictionem refugit. Neque hoc uerum eſt. Is. Caſaubonus ex Theſeo, fabula EVripidis deperdita, contrarium probat per fragmentum in ſcholiis Comici inueniendum, lib. II. cap. XXIIII. Animadu.

ad

ad Athenaeum. Nec fragmentis opus est. Habemus adhuc Cyclopem, tragoediam sine dubio EVripidis. In ea uers. CCCXCIX. ita legitur,

Παίων πρὸς ὀξύν γ' ὄνυχα πετραίου λίθῳ,
ἐγκέφαλον ἐξέῤῥανε.

Aristophanes βατραχ.

Αλλ' ἀπολέσαιμ' ἂν ἐγκεφάλου θρίῳ δύω.

Sunt tamen, qui adhuc Apollodorum excusant, distinguendaque tempora esse uolunt, ut fecit T. Faber ad *Scaligerana prima*. At ego, quum Homerus hac uoce iam usus sit, quo priorem scriptorem e Graecis habemus neminem, iudicium in iis plane desidero.

CAPVT V.

Sapphus Ode. Eius correctores et interpretes potissimi. Eadem emendata. Foι an pro μοι possit usurpari, disquiritur. Lapsus forte Apollonii Dyscoli. Eiusdem Grammatica. Hesychius correctus. γάμμα *qua dialecto a principio abundet.* Coῦς *Doricum,* σεῦς *AEolicum, pro* σοῦ. Εμεγε *an Atticis usurpetur. Tollius reprehensus.* Φωνῆς ἐπίσχεσις. *Plutarchus forte emendatus. Alia Anacreontis Ode e Dione Prusaensi emendata et Latino metro inclusa.* Ἀduersatiua δὲ *apostrophum ab initio uersus patitur.* Αλογιςῶ. Καὶταμ. *Arimaspi. Manutius notatur.* Καὶ τὰ ἐξῆς *aliquando in Longino deest: Sed non semper.* Αριςίνδην. *Variae lectiones in Longino notatae, allataeque eius aliquammultae emendationes.*

Sub initium segmenti X. legitur in msc. Ambr. ἕτερον ἔχοιμεν, quod plane rectum est. Verba illa, Τὸ μὲν γὰρ τῇ ἐκλογῇ τῶν ῥημάτων τὸν ἀκροατὴν, τὸ δὲ τῇ κ. λ. ita leguntur in cod. Ambr. ὁ μὲν γὰρ τῇ ἐκλογῇ τὸν ἀκροατὴν τῶν ῥημάτων, ὁ δὲ κ ἐξῆς. Codex Regius, notante Tollio, pro τὴν ἀκροατὴν legit τῶν ἀκροατῶν. Non ergo inepte ui-

detur legi posse, ὁ μὲν γὰρ τῶν ἀκροατῶν τῇ ἐκλογῇ τῶν λημμάτων, ὁ δὲ τῇ πυκνώσει ἐκλελεγμένων ἐπάγεται. Distinguit, ut uides, Longinus, ἐκλογὴν λημμάτων a πυκνώσει ἐκλελεγμένων, aliosque auditorum eorum ἐκλογῇ, alios eorundem πυκνώσει delectari docet, tumque demum τὸ ὕψος orationi conciliari reputat, si duo illa inter se coniungantur. Sequitur iam Odarium Sapphus, cuius ultima pars periit, adeo usque lancinatum a correctoribus, ut in isto hodie ipsa se Sappho, si adesset, esset quaesitura. Emendauit iam olim istud Henricus Stephanus et Franciscus Robortellus libro capiteque I. emendat. Sed Robortellum, quod Mureti gloriam, qui idem ad Catullum praestiterat, in se transmouere uoluerit, male excipit Carol. Sigonius lib. I. cap. III. emendat. Leguntur et aliqua ad eius explicationem facientia apud Gul. Canterum lib. V. cap. XXVII. nou. lect. et Iacob. Loensem, Epiphyll. lib. IIX. cap. IIII. ut et Is. Casaub. lection. Theocriticis, et alios. Isaacus Vossius ad Catullum in reliquos eius interpretes ὅλῳ μυκτῆρι, ut solet, utitur, dataque opera ostentare uidetur uoluisse, non tam se Sapphus carmen emendare, quam Αἰολιστὶ optime intelligere. Ipsum superare etiam conatur I. Tollius. Iam nobis etiam aliquid permittemus, quum norimus, ὅτι ἀγαθὴ ἡ μάζα μετ' ἄρτον. Initio statim contra omnium mss. fidem, Φαίνεταί Ϝοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν emendauit Vossius, Apollonii Grammmatici auctoritate fretus, qui potuit tamen falli. Pro Ϝ AEolico enim, quod ad Athenaeum Casaubonus et Salmasius in epistolis satis docuerunt, AEoles, inprimisque Lacones, Cretenses et Pamphylii, etiam scribebant B. Iam notum est in uulgus, B et M in mss. uix a se posse secundum librariorum scripturam distingui. Potuit ergo esse, ut BOI uel FOI in mss. legerit Apollonius, quum MOI legendum

dum esset. At uero talem errorem tanto tribuamus Grammatico? Immo uero homo fuit, idemque Apollonius, qui etiam articulum uocauit τὸ ὦ, quod uocatiuis praeponere solemus casibus, quum sit aduerbium. Deinde neque rationem uideo, quare AEolibus in unica hac uoce M in F sit commutatum. Si qua tamen est, cur non etiam audet in accusandi casu Fε pro με scribere Vossius? Porro confusio inde extaret. Nam pro οὖ et οἷ, quomodo aliter, quam Foῦ et Foῖ AEoles scripsisse credamus? Νέστορα δὲ Fου παιδὸς -- citat nescio quo e Poeta Priscianus lib. I. qui late de AEolico digamma agens huius rei non meminit. Cyprii, ut Hesychius ait, γίο pro οὖ scribunt. Sed mendum est in Hesychio. Foῖο enim scribendum esse, alia ibidem uitiosa, qualia γοῖνος, γίχυς, et similia, quae in Foῖνος et Fίχυς mutanda sunt, satis comprobant. At, inquiunt, etiam uocum initio tamen praefigebatur tertia olim littera, ut γέντο et γδοῦπος apud EVstathium ad Odyss. M. p. ∞ DCCXXII. et apud eundem ad Odyss. X. p. ∞ DCCCCXXVI. γῖνος pro ῥινὸς euincunt. Verum, ut illi non demonstrare possunt, quod AEolica omnino dialectus intelligenda sit, quum Homeri interpres ita dici κατά τινα γλῶτταν, uel κατὰ τὴν τῶν Ηπειρωτῶν διάλεκτον dicat: ita eodem modo legendum esse apud Hesychium iam ante monuit, ne quid dissimulem, Angelus Caninius. Sane quidem fatendum est, librariorum uitia, ut Casaubonus olim iam obseruauit, hodieque in Pindaro, Theocrito, aliisque minus uulgo nota dialecto usis scriptoribus reperiri. Nihilominus idem non ausus fuit in Pindaro, Τά κέ τις ἀνώνυμον γᾶς κ.τ.λ. quum tamen ita laudarent Pindari locum Grammatici, pro uulgato, Τί κέ τις, rescribere. Opponunt denuo, esse tamen hoc Αιολικώτατον. Finge, ita rem se habere, quod nun-

 quam

quam tamen concedo: Cur uero nec Voſſius, nec Tollius, ſcribunt etiam ἰσθάνη pro, ἰζάνει, uti ὕσθων pro ὄζων alibi legitur, quum ἰζάνει non ſatis ſit AEolicum, neque Αἰολικώτατον ſit, ſpiritum denſum ſub emendatione huius carminis aliquando retinere, aliquando uero reiicere? Denique ratio nulla eſt, cur libris mſſ. omnibus diutius reſiſtamus, niſi, quod Apollonius hunc locum non aliter citauerit in Grammatica ſua. Grammatica illa nondum edita extat in bibliotheca Galliarum Regia, euoluitque eam etiam Ez. Spanhemius, ut ſuſpicamur ex obſeruat. in Callimach. p. DCCXXIII. Operae nunc precium eſſet, ipſam ad manus eſſe. Sed dicam iam, donec eam nanciſcamur, quod ſentio: AVt fallitur Apollonius, ſi FOI pro MOI dici a Sappho aſſeuerat, aut putauit pro OI accipiendam eſſe dictionem, ut ſenſus ſit, *Merito ille ſibi in coelum uidetur abire, qui tibi praeſenti adeſt, ut ego.* Hanc interim lectionem, etſi fortaſſe ferri poſſet, refutauit Catullus, quando interpretatur,

Ille MI par eſſe Deo uidetur.

Κἦνος in mſc. Ambr. recte ſe habet κατὰ μὲν τὴν διάλεκτον. Sequenti uerſu, Εμμένων ἥρως τις, in eodem legitur. Sed confuſae inter ſeſe ſunt dictiones. Stephanus, Εμμεν ἀνὴρ, ὅστις, legit. Ez. Spanhemius ad Callim. p. DXCII. e ueteri codice Voſſii, emendationeque eiusdem, Εμμεν ὠνὴρ, ὅστις, reſcripſit. AEolismus, qui tonum retrahit, denſoque ſpiritu caret, ὤνηρ potius requirit. Εναντίον τοι legit Stephanus. Αδυφώνου σεῦ Manutius edidit. Mſc. Ambr. corrupte, Αδυφων. σαῖς. Stephanus, Αδυφωνούσας. Niſi ἀδυφωνέυσαις Tollii recta eſt lectio, poſſit fortaſſe non incommode etiam legi, Αδυφώνω σεῦς. σεῦς Αἰολικῶς pro σοῦς, quomodo dixerunt pro σοῦ Dores. AVctor eſt Priſcianus,

nus, qui lib. XIII. ita pergit, *Apud Graecos* ἐμοῦ *et* ἐμοῦς *Dorice*, σοῦ *et* σοῦς, οὗ *et* οὕς *dici ſolet.* In ſecundae ſtrophae initio mſc. Ambr. ἢ γελᾶς legit. Voſſius mauult καὶ γελαῖς, ſatis quidem AEolice, ſed ſyntaxis non concordat: niſi et hic fortaſſe nobis ſyntaxin aliquam AEolicam fingamus. Dicam ergo, quod res eſt, legendum uidelicet eſſe, καγγελαῖς ἰμερόεν, ut καγγόνυ pro κατὰ γόνυ Poetae dixerunt. Aliter nec Catullum legiſſe uerſio eius ſatis probat. Pro, τό μοι τὰν, mſc. Ambr. τό μοι ἐμὰν legit. Recte Tollius μῆμαν emendauit, non item recte Atticos ἔμεγε affirmat uſurpare. Priſcianus lib. XII. *de figura pronominum, Et hoc quoque ſciendum*, inquit, *quod ad Graecorum imitationem id facimus, ut inueniantur quidam caſus admittentes compoſitionem, uel adiectionem, alii uero abnegent. Solent enim apud illos Attici* ἔγωγε *et* ἔμοιγε *per duos caſus, id eſt, nominatiuum et datiuum dicere, quae παραγωγὴ per alios caſus non inuenitur.* Quid ergo? Sciendum eſt Atticos non ἐμεγε, ſed ἐμέ γε duabus uocibus dixiſſe, ut patet e Sophocl. Electr. uerſ. CXLIX. Sed haec mittamus. Porro in mſc. Ambr. eſt, Ως γάρ σ' εἴδω, βροχέως με Φώνας οὐδὲν ἔτ' εἴκει. Vt T. Faber in epiſtolis ſe emendaſſe hunc locum gloriatur, ita expreſſe legitur in Manutii editione, Ως ἴδον σ', ὡς βρόγχον ἢ ἑξῆς. Catulli interpretatio ſuadet, ut legamus, Ως γὰρ εἴδω σε, βροχέας με Φώνας ΟΥδὲν ἔτ' εἴκει. Tertia ſtropha incipit, Αλλὰ καμμὲν γλῶσ' ἔαγ', ἀν δὲ λεπτὸν ΑΥτίκα ἢ ἑξῆς. Voſſii lectio non eſt contemnenda, meliusque Catulli uerſioni reſpondet: Sed Plutarchi auctoritas non erat negligenda. Vide G. Canter. nou. lect. l. c. Linguae torporem Φωνῆς ἐπίσχεσιν uocat *in Demetrio* idem Plutarchus. Idem in Ερωτικῷ, Η καλὴ Σαπφὼ λέγει, τῆς ἐρωμένης ἐπιφανείσης τὴν

τε φωνὴν ἴσχεσθαι, ἢ φέγγεσθαι τὸ σῶμα. Mallem in Plutarcho legere, τήν τε φωνὴν ἐπισχέσθαι. In eo Voſſium non ſequor, quod τὴν ΔΕ apoſtrophatam fini adiunxerit lineae, quae erat a principio apponenda. Sic enim factum uides apud Pindarum paſſim, et apud Sophoclem quoque ΟΙΔΙΠ. ἐπὶ Κολων. uerſ. XVIII. Erratum idem habetur in Odario Anacreontis, quod extat apud Dionem Chryſoſtomum Orat. II. plane inemendatum, quodque, ut legendum iſtud cenſemus, cum interpretatione noſtra apponemus:

Ω ϝαναξ, ᾧ δαμάλης ἔρως,	*O Rex, quem bouis eſt amor,*
καὶ νύμφαι κυανώπιδες,	*Quicum Naiades improbae,*
ποϱφυϱέη δ' Αφϱοδίτη	*Et tota aurea Cypris,*
συμπαίζουσ' ἐπισυϱϱέφον-	*Quamuis edita conglobes*
θ' ὑψηλῶν κοϱυφὰς ὀϱέων.	*Altorum iuga montium,*
* * *	*Nunquam ludere ceſſant.*
γουνοῦμαί σε. Σὺ δ' εὐμενὴς	*Adoro. Huc ades, o, mihi*
ἔλθ' ἡμῖν, κεχαϱισμένης	*Laetus, aureque non graui*
δ' εὐχωλῆς ἐπακούειν,	*Supplicis bibe uota,*
Κλευβούλῳ δ' ἀγαθὸς γενοῦ	*Cleubulo bene conſulens,*
σύμβουλος, τὸν ἐμὸν δ' ἔϱω-	*Sibi dum male conſulit,*
τ' ὀτϱύνειν ἢ δέχεσθαι.	*Ne me ſpernat amantem.*

Verſus ſunt Glyconici, quorum tres ſtropham conſtituunt, ut adeo poſt quintum, τὴν δ' αἰχλὺν νεφελάων, uel ſimile quid, excidiſſe arbitrer. Per δαμάλης ἔρωτα non intellige cum Fed. Morello et Lilio Gregorio Gyraldo *amorem omnibus dominantem*, ſed potius EVropam in bouem a Ioue commutatam, cujus amor eum exediſſe a Graecis Poetis dicitur. Ποϱφυϱέη triſyllabum et ὀϱέων diſſyllabum per συνίζησιν ſunt. Reliqua fere per ſe ſunt clara. Cauſſas enim correctionum noſtrarum, ſi quis contulerit cum Morelliana editione hoſce uerſus, facile poterit

rit comminiſci qui ſenſum habet communem, ὅπερ δὲ δὴ σπάνιόν ἐστι. Nos reuertimur e diuerticulo ad Sapphus carmen, ubi ſub finem III. ſtrophae mſc. Ambr. ἀκουὲ agnoſcit, deleta ultima uoce. Ego aliquando putabam ἀκουάϊ poſſe recte legi, uel potius, ἀκουάFι. In eodem recte legitur, ὀππάτεσσι, nec non, πᾶσαν ἄγρει χλωροτέρα, itemque, τεθνάκην δ' ὀλίγω πιδεύσην, niſi ultimum tamen nimis durum, quemadmodum ſane mihi, uideatur. Vox ἄπνους in eodem mſc. deeſt. Deinde, Επὶ ϰᾐ πένητα, male habetur in eodem. Ceterum poſt haec uerba aut ſatis magna ῥῆσις Odae iſtius excidit, aut more Longini conſueto τὸ ΚΑΙ ΤΑ ΕΞΗΣ ὑπονοητέον. Iam ad Longinum ipſum nos accingimus. Statim autem poſt finem huius carminis, ΟΥ θαυμάζοις, recte in mſc. Ambr. habetur. Pro ἀλογιστῆ T. Faber in omnibus libris ἀλογοστῆ ſcriptum ſe reperiſſe teſtatus eſt, quod et ipſe ei accredo. Nam Manutianam editionem non uidit, quae plane ἀλογιστῆι legit. Αλογιστῶ eſt Latinis, *Fugit me ratio.* Eadem ϰάεται ſcribit pro edito ϰαίεται. Neque haec lectio quoque damnanda erat a librariis, quum utraque forma Atticis uſitata ſit ſcriptoribus. Deinde in mſc. Ambr. πάντα μὲν τοιαῦτα, legitur, et in Manutiana editione paulo poſt, Επὶ τὸν τῶν χειμώνων τρόπον. Non ita multo poſt meminit Longinus auctoris Arimaſpeorum. Arimaſpi unocula gens erat, ut Solinus ait. De iis uide, quae protulit M. Antonius Muretus lib. XII. cap. VIII. uariar. lect. Pro ἀπὸ χθονὸς Manutius in ſphalmatis typographicis legendum cenſet ἄπο χθονὸς, quod non capio. Porro in mſc. Ambr. eſt, παντὶ οἶμαι δῆλον, ὡς πλέον ἄνθους τὰ λεγόμενα ἔχει ἡδέως. Recte Tollius ante ultimam uocem diſtinxit, eamque in ἢ δέῳ reformauit. Haut paulo poſt Manutius legit, Ο δὲ ποιητὴς οὐϰ εἰς ἅπαξ ϰ. τ. λ. In

mſc.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [51] - 31

mſc. Ambr. Εσπέρα μὲν ἦν, incipit Demoſthenis locus: Sed τὸ αἰτιατικὸν μόριον, quod ibi abeſt, in ipſo Demoſthene legitur. Poſt φησὶν iterum ſubintellige, ΚΑΙ ΤΑ ΛΟΙΠΑ. Mos enim eſt Longino, iſta uerba non ſemper addere. Dixi, *Non ſemper*. Nam aliquando id facit, ut e p.CXLVI. uidere eſt. Mox occurrit aduerbium ἀριστίνδην, de quo Moſchopulus περὶ σχεδῶν ita, Αριστίνδην ἐκλέγει, ὅτε κατὰ τοὺς ἀρίστους ποιεῖται τὴν ἐκλογήν. Reliqua de eo aduerbio dixere alii, interque eos inprimis Fr. Vigerus. In fine huius ſectionis pro συνοικοδομούμενα mſc. Ambr. συνοικονομούμενα legit. Si retineatur haec lectio, participium illud ἐνεργητικῶς erit capiendum. Ceterum totus hic locus ita fortaſſe e coniectura eſt conſtituendus, Λυμαίνεται γὰρ αὐτὰ τὸ ὅλον, ὥσανεὶ ψήγματα, ἃ εἰς ἀραιώματα ἐμποιοῦνται μεγέθη συνοικοδομούμενα, τῇ πρὸς ἄλληλα σχέσει συντετειχισμένα, δηλονότι λυμαίνεται. Ψήγματα μεγέθη συνοικοδομούμενα ſunt *ramenta, quae, immiſſa in rimas, magnifica ſimul aedificia quaſi ſubſtruunt atque conſtituunt.*

CAPVT VI.

Ἀρετὴ Rhetorum. *Amplificare eloquentiae ſumma laus. Demoſthenes, deque eius patre. M. Mantua Benauidius notatur. Dio Chryſoſtomus correctus. Tollii ſoloeciſmus. Voces,* τύπος, τόπος, τρόπος, *a librariis confunduntur. Conuiuium. Huic reſpondet Graecorum* εὐζωία *apud Pindarum. Viuere Romanorum Epicuri de grege porcorum, quid.* Τράπεζα. *Lacuna in Longino primum animaduerſa.* Τύπος *de moribus.* Ἀξιοπιστότατος *an rectum.* Φαντασία *quid.* Ὦ μᾶτερ. *EVripidis lectio defenſa. EVmenides.* Σεμναὶ Θεαί. *Voces* αὐτοῦ *et* αὑτοῦ *confunduntur. Homeri lectio correcta.* Εὲ *non* ἓε *ſcribendum.* Σεὶς, σείριος, τείρεα. *Alexandra et Caſſandra idem Lycophronis drama.* Φίλιπποι Τρῶες

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [52] - 32

Τρῶες καὶ Θρᾷκες. Φόβος. *Non ſuaue cum aliis deſipere. Longinus ſæpius correctus.*

Accedimus ad ſectionem XI, ubi in principio ſtatim mſc. Ambr. legit, σύνεδρός ἐστι τοῖς προεκκειμένοις ἡ ἀρετὴ, ἣν καὶ καλοῦσιν αὔξησιν. Quid huic lectioni faciendum ſit, non liquet. Nam uulgata mihi uidetur praeſtare, niſi fortaſſe ἐξόχως *amplificatio* Rhetoribus ἀρετὴ dicta ſit. Sane Quintilianus *uim oratoris omnem in augendo minuendo que conſiſtere* lib. IIX. cap. III. inſtit. aſſerit. Non aliter iudicat Cicero lib. III. de oratore, ubi ait, *Summa laus eloquentiae eſt AMPLIFICARE rem ornando, quod ualet non ſolum ad augendum aliquid, et tollendum altius dicendo, ſed etiam ad extenuandum atque abiiciendum.* Aliquot interiectis lineis legendum eſt, ὅτου περ ἄν, non, ut operae peccauerunt, ὅτου παρ' ἄν. Loco, τῶν ἀρτίως εἰρημένων, Manutius ἑνικῶς edidit, τοῦ ἀρτίως εἰρημένου. In fine plane Manutius, et mſc. Ambr. τῆς σαφηνείας αὐτῆς ἕνεκα legunt. Pro αὐτῆς tamen ego uocem αὖθις ſubſtituendam eſſe coniicerem. Sectionis XII. initio pro, Ἐμοί γ' οὐκ ἀρεστὸς, repone, quemadmodum Manutius etiam et mſc. Ambr. legunt, Ἐμοιγ' οὐκ ἀρεστός. Rationem e Priſciano petitam e praecedenti capite potes cognoſcere. Διὸ ἐκεῖνο pro διόπερ ἐκεῖνο mſc. Ambr. legit. Deinde idem τὸ κατεσκευασμένον pro τὸ κατασκευαζόμενον agnoſcit. Ante lacunam uox ἀποδείκνυσιν in eodem mſc. Ambr. ultimis duabus ſyllabis eſt truncata. Deſunt autem in eo IIII. tantum lineae, ut ex punctulis et ſpatio uacuo perſpicue apparet. Sub initium Ciceronis cum Demoſthene comparationis, Καὶ ἡμῖν, ὡς Ἕλλησιν, in mſc. Ambr. legitur, conditione absque συντάξεως iactura reiecta. De Demoſthene, quem falſo μαχαιροποιοῦ υἱὸν uulgo uocant, ut Ioannes Brodaeus lib. IIII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [53] - 33

cap. XXVI. miſcell. notauit, falſiusque M. Mantua Benauidius lib. IX. cap. XII. Polymath. *cultellarii*, *nomine Maçhaeropii*, *filium fuiſſe* docet, quemque, ut *parum uirum* AGellius lib. I. cap. V. ad eumque Ph. Caroli notarunt, multi multa dixerunt. De eo aliter aliquantum, quam Longinus, ſenſit Dio Chryſoſtomus orat. περὶ λόγου ἀσκήσεως, ubi uocat Δημοσθένην δυνάμει τε ἀπαγγελίας, καὶ δεινότητι διανοίας, καὶ ΠΛΗΘΕΙ ΛΟΓΩΝ πάντας τοὺς ῥήτορας ὑπερβεβληκότα. Ita enim locus legendus eſt. Ad exemplum Longini Renatus Rapinus, Gallus, Demoſthenis cum Cicerone comparationem inſtituit, quae, ut a quouis oratoriae artis ſtudioſo legatur, inprimis digna eſt. Paulo poſt ſtribiliginem commiſit Tollius, quando emendaſſe ſe gloriatur uulgatam lectionem, Διὰ τὸ μετὰ βίας ἕκαστα οἷον καίειν τε καὶ διαρπάζειν, in, Διὰ τὸ μετὰ βίας ἕκαστα οἷον καίων τε διαρπάζων. Quis enim Graecus διὰ τὸ καίων τε καὶ διαρπάζων dicat, dixeritue, equidem me neſcire profiteor. Deinde, Καὶ διακληρούμενον ἄλλοτ' ἀλλοίως in mſc. Ambr. legitur. Repetitio copulae, quum πολυσύνδετον χῆμα efficiat, non erat repudianda. Neque ἄλλοτ' ἀλλοίως a genio Graecae linguae abit. Sectione XIII. pro, χεύματί τινι, in mſc. Ambr. legitur, Τοιούτῳ τινὶ χήματι. Iam, ſi uox χήματι non eſt ex altera χήματι, quae in aliis codd. habetur, enata, facile mihi perſuadeo, χύματι primam fuiſſe lectionem. Poſtea legitur, Τὸν τύπον οὐκ ἀγνοεῖς, quum tamen plane duae priores uoces e textu eiiciendae ſint. Non tantum uoces τύπος et τόπος inter ſe a librariis ſunt inuicem commutatae, ſed etiam tertia, τρόπος. Vide τὸν πάνυ ad Athen. lib. IIII. cap. II. animaduerſ. In ipſo Platonis loco uox εὐωχία inuenitur, quae παρὰ τὸ εὖ ἔχειν Athenaeo deriuatur. Dure ſatis de Graecis iudicat

Cicero

Cicero in *De ſenectute*, quando inquit, *Maiores noſtri accubationem epularem amicorum, quia uitae coniunctionem haberet*, conuiuium *nominarunt*, *melius*, *quam Graeci*, *qui idem hoc tum* compotationem, *tum* concaenationem *uocant*. At ἑυωχία, ſi non plane Latinorum *conuiuio* reſpondere uideatur, reſpondet ſane, et ſuperat, uox ἑυζωὴ, quae inuenitur Pindaro uſurpata. Non quidem plane excuſo Graecos. Eorum enim in conuiuiis τὸ κεφάλαιον erat, διαλαβεῖν κραιπάλην ἑλληνικῶς, ut apud Athenaeum Poeta loquitur. Nihilominus tamen non ideo negarim, uocem eos habuiſſe, qua Latinorum *conuiuium* exprimerent. Gloſſae, *Conuiuo*, συμβιῶ. *Conuiua*, συμβιωτής. *Conuiuium*, *Conuictus*, συμβίωσις. Hoc uerbum συμβίωσις adhibuit Th. Gaza in uerſione libelli Ciceronis laudati. Iſta tamen gloſſemata recentioris omnino ſunt Graeciae, nec uetuſtiorem ita loquutam eſſe auſim affirmare. Porro quis neſcit, τὸ VIVERE Romanis nihil notare aliud, quam *genio indulgere*. Martialis,

-- *Cras ſerum eſt uiuere: Viue hodie.*

Lucillius apud Donatum ad Phorm. V. Sc. IIX. Terentii,

Viuiti' lurcones, comedones, uiuiti' uentres.

Non aliud eſt dictum Neronis,

-- *Viuamus, dum licet eſſe, bene.*

et Catulli,

Viuamus, mea Lesbia, atque amemus.

Hinc illud ΒΕΒΙΩΤΑΙ apud Senec. lib. I. epiſt. XII. Adde Salmaſ. exercit. ad Solin. Plinian. p. DCXXXIIII. Inde igitur συμπόσιον Graecis non inconuenientius dici, quam Romanis *conuiuium*, probauit iam olim H. Stephanus ſchediaſm. lib. I. cap. VIII, quem, ſi plura hac de re cupis, conſulas. Deinde, quod Plato initio uocat ἑυωχίας, infra

nominat τραπέζας, unde cognoſci poteſt, quid Suidas ſibi his uerbis uelit, ΕΥΩΧΙΑ, τράπεζα. Neque hoc praetereundum eſt, ne per ſomnium quidem, quod miror, interpretum alicui in mentem ueniſſe, poſt uerba, δι' ἀπλειστίαν, ſatis magnam in Longino lacunam eſſe annotandam. Verba enim illa, quae ſequuntur, non e Platone ſunt petita, ſed ex aliquo rhetore ueteri, ut quilibet, qui iudicare poteſt, facile poteſt agnoſcere. Sed deſino. Deinde legitur in mſc. Ambr. οὗτος ἀνὴρ, et, Μὴ κατολιγωρεῖν, deeſtque ante uerba, τῶν ἔμπροσθεν, articulus. Mox in eodem legitur, Καί γε τούτου, φίλτατε, ἀπῆλξ ἐχόμεθα τοῦ σκοποῦ. Pro, Ἀναπνέων, ὥς φασιν, ſatis recte in mſc. illo legitur, ὁ ἀναπῆν φασιν. Ante uocem ἐγκύμονα deeſt copula in cod. Ambr. rectiſſime, quod Tollius etiam cenſuit. Poſt paulo ante uerba, Μόνῳ Ἡρόδοτῳ, non opus eſt praetendere, aliquid excidiſſe. In uoce enim MONOC uitium latet, cuius loco reponendum eſſe iudico, Μῶν ὁ Ἡρόδοτῳ ὁμηρικώταῳ ἐγένετο, uel, Μῶν μόνῳ Ἡρόδοτῳ κ. τ. λ. Interrogatiua particula excidit, quia ſequentis uocis principium eodem fere modo ſonabat. Deinde legerem, ϲτησίχορός ἐϛι γὰρ πρότερον. Non uideo, qua de cauſſa reiiciat Tollius phraſin Graecam, ἀποτυποῦν καλὰ ἤθη. Nam malorum quoque morum ſeruus δυϛδιατύπωτος δοῦλος Io. Chryſoſtomo nominatur, et Paulus ait I. Timoth. I. commat. XVI. ſe πρὸς διατύπωσιν τῶν μελλόντων πιϛεύειν gerere. Pro, οὐδ' ἂν ἐμβιβάσαι μοι, quae eſt Manutii quoque lectio, mſc. Ambr. legit, οὐδ' ἂν ἐπακμάσαι μι, ubi MI pro MOI male etiam legitur. In fine huius inciſi in omnibus, quae quidem inſpexi, exemplaribus male legitur, ἀξιονικώτατος, reclamante mſc. Ambr. qui ἀξιονικότατος legit

quam

quam rectissime. Non enim uideo, quomodo prius in pedestri sermone ad penulam satis possit excusari. Poterit tamen fortasse, si τὸ ΝΙΚΗ διφορούμενον quantitate sua metrica esse dicamus, quod negat interim praecise H. Stephanus paralip Grammat. p. XLVIII. At ego apud Pindarum contrarium memini offendi posse. Sequenti segmento XIIII. pro προσπίπτουσα msc. Ambr. προπίπτουσα legit. In medio eiusdem pro, καὶ μὴ παῖξαι, msc. Ambr. legit, π σαῖχθαι, absentibus prioribus duabus uocibus cum lacuna unius alteriusue litterae. Fortasse, πῶς ἐτάχθη, uel simile quid, substituendum est. Fateor enim, mihi nondum coniecturam meam satisfacere. Videant igitur hoc de loco eruditi. Interim τὸ πως non inepte hoc loco repeti potest e paragrapho antecedente proxime, quemadmodum fit etiam in commate sequenti. Pro, ατελῆ γὰ τυφλὰ ὥσπερ ἀμβλοῦθαι msc. Ambr. legit, ατεκῆ γὰ τυφλὰ ὥσπερ μβλοῦθαι. Videtur e spatio uacuo saltim uox desiderari, ut possis, ατελῆ γὰ τυφλὰ ὥσπερ κυήματα, uel ἐκτρώματα, quasi παρενθετικῶς legere, si coniecturae quidem detur uenia. Sectione XV. mallem uerba illa, ὦ νεανία, reformari in, ὦ Τερεντιανὲ, quia Longinus alicubi ipsum ἑλαῖον, alicubi uero ἄνδρα πολιτικὸν uocauerat. Mox in msc. Ambr. legitur, οτ∫ω γοῦν εἰδωλοποιίας αὐτὰς ἔνιοι λέγουσι. Statim post steterim a partibus scriptae lectionis, quae ea est, Καλεῖται μὲν γὰρ κοινῶς φαντασία πᾶν τὸ ὁπωσοῦν ἐννόημα γεννητικὸν λόγου παριστάμενον. Sed ultimum uerbum in παριστάμενου tamen mutandum est. Dicitur Longino ἡ φαντασία *quiuis, undecunque demum sit, conceptus mentis, orationem generans, rebus, quas sibi geri imaginatur, quasi astantem.* Scilicet in κοινῶς dicta φαντασία λόγῳ παριστάμενῳ habetur, in ἰδίως uero dicta accedit

 insu-

insuper πάθος ἐνθουσιαστικὸν ἢ ἐξήγησις εἴτε διασάφησις τοῦ παρεσταμένου λόγου. Statim post codex Ambr. legit, ἤδη δ' ἐπὶ τούτων. Nec contemnenda haec est lectio. Etsi enim τὸ κοινῶς praecesserit, cui ἰδίως responderet: uerbum tamen κεκράτηκε satis innuit, ultimum potius esse subaudiendum. Pro, ἔστιν ἔκπληξις, Manutius legit, ἔστιν ἔμπληξις. τοῖς δὲ λόγοις deinde legit msc. Ambr. et paulo post, τότ' ἐπιζητοῦσι. Locus EVripidis habetur in Oreste, uers. CCXLV. et sequentibus, ubi recte, quanquam I. Tollius id sugillet, legitur, ὦ μᾶτερ. Orestes enim ὑποδωρίζει passim in eo dramate, ὅτι ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Ἄργει, ut notauit Scholiasta. Adde uers. CCCCLXXXV. et CCCCLXXXVII. aliosque, ubi eodem modo iam MATEPA, iam MATEPI, EVripides usurpauit. Sic ὦ Δάματερ, pro ὦ Δήμητερ, Atticorum est exclamatio, quod Grammaticorum filiis ignotum esse nequit. Ceterum de EVmenidibus illa EVripidis tragoedia appositе agit in historia Orestis. Ratio constabit ex AEschyli EVmenidibus, et Suida in uoce ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ. Post Orestis tempora ΣΕΜΝΑΙ ΘΕΑΙ sunt uocatae. Scholia ad lib. I. Thucyd. p. LXXXIII. Σεμναὶ Θεαὶ αἱ Ἐριννύες κατ' ἀντίφρασιν, ἃς μετὰ τὸν Ὀρέστην οἱ Ἀθηναῖοι πλησίον τοῦ Ἀρείου πάγου ἱδρύσαντο, ἵνα παλλῆς τιμῆς τύχωσι. Videatur etiam de EVmenidibus omnino Scholiasta Sophoclis ad ΟΙΔΙΠ. ἐπὶ Κολων. uers. XLII. p. CCLXXII. ed. Steph. Postea msc. Ambr. legit, ΑΥΤΟΣ εἶδεν Ἐριννύας, abiecta negatione, contra auctoris mentem. Mox ὃ δὲ ἐφαντάσθη legendum esse, diu, et ante Fabrum, et ante Langbaenium, P. Manutius in sua editione uiderat. Pro, ΕΙ τισιν ἑτέροις, uulgata lectione, msc. Ambr. legit, ΕΙ τισιν ἕτεροι. Th. Stanleius emendat, ΕΙ τις ἕτερος, quem sequitur Tollius. Nos proxime ueritatem legi posse reputa-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [58] - 38

putamus, ΕΙ τις ἂν ἕτερος, uel potius, ΕΙ ἔν τισιν ἕτεροι. Ε-τεροι ſunt, qui κοινῶς ἄλλοι. Scholia Ariſtophanis ad εἰρήν. p. DCXXV. ΟΙ Ατ τικοὶ καὶ ἐπι πολλοῦ λέγουσιν ΕΤΕΡΑΝ, ἡμεῖς δέ ἐπὶ δευτέρας μόνης. Επὶ τρίτης οὖν Αριστοφάνης ΕΤΕΡΑΝ εἶπεν. Ολως δὲ ἡ παραλελειμμένη ἐπί τε ΕΤΕΡΟΥ καὶ ΑΛΛΟΥ διαφορὰ παρ' Ατ τικοῖς οὐκ ἔστιν. In allato Longini loco, ΕΙ et ΕΝ quia non multum ſcripta differunt, altera uocula, tanquam temere repetita, neglecta eſt librariis. Pro, Ηκιστά γέ τι, rectius lege cum mſc. Ambr. Ηκιστά γέ τοι. Deinde Manutius αὐτὸς, αὐτοῦ, non αὑτοῦ, legit, neque aliter aliis in locis fecit, quod ſemel monuiſſe ſufficiat, quemadmodum in genere quoque notamus, in codd. mſſ. eam Grammaticorum differentiam raro obſeruari, docente R. Stephano ad Dionem Caſſium notis. In Homeri loco ex Iliad. Υ. uers. CLXX. extat in edd. Homeri uulgatis, ιχία ἀμφοτέρωθεν. Pro ἕε δ' αὐτὸν, quanquam ita uulgo etiam in Homero legatur, reponit P. Manutius, ἑέ δ' αὐτὸν. Et ſane ἑὲ rectius ſcribitur. Gloſſae Heſychii, Αμφὶ δ' ἑέ, περὶ αὐτὸν δέ. Homerus Iliad. Ω. -- ἑὲ δ' ἔξοχα πάντων. Neque aliter Grammatici ſcribunt. Οπιθε νῶτα σειρίου elegantiſſime legit Faber, ut ὁ σείριος equus ſit ex equis coeleſtibus. Suidas, ΣΕΙΡ, σειρὸς, ὁ ἥλιος, καὶ σείριος. EVſtathius e lexico Rhetoricoad Od.M.p. ∞ DCCCCIX. Σειρῆνες, inquit, τὰ ἄστρα, καὶ σείρεα. Σείρεα γὰρ καλοῦνται παρὰ τὸ σειριᾶν, ὅ ἐστιν ἀστράπτειν, ὅθεν φησὶν ἴσως καὶ τείρεα. Bigis etiam Solem fuiſſe uectum, et equas ei tributas dicunt ueteres Poetae, quod probat Ez. Spanhemius ad Callim. p. ccccxxxiii. Scholiaſta Apollonii ad lib. II. p. CLXXXIV. ed. Brubach. Ομοίως δὲ καὶ πάντα τὰ ἄστρα σείρεα λέγοιντο, οἱονεὶ τείρεά τινα ὄντα. Et mox, Ο δὲ Τιμοσθένης κύριον ὄνομα εἶναι φησί. Nempe, quando equum Solis ὁ σείριος denotat. Verſio huius heptaſtichi

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [59] - 39

chi EVripidei, quam Ianus Rutgerſius lib. I. cap. X. uar. lect. dedit, haud paulo melior eſt Tolliana. Non ergo opus eſt, eam hic allinere. Locus ille, Αλλ' ὦ Φίλιπποι Τρῶες, κ. τ. λ. interpreti ex EVripidis *Caſſandra* uidetur deſumtus. Scilicet haec ea tragoedia eſt, quae *Alexandra* aliis uocatur ſcriptoribus. Sic Lycophron modo e *Caſſandra*, modo ex *Alexandra* EVſtathio citatur, quum unum idemque innuatur drama. Poteſt tamen etiam plane ex alia tragoedia ea eſſe ῥῆσις. Non enim ſequitur, *Quia uerba illa* ἐπὶ τῆς Κασάνδρας *ſunt: ideo deſumta ſunt ex EVripidis Alexandra.* Φίλιπποι uocantur Τρῶες, quemadmodum Φίλιπποι Θρᾷκες ἐπιθετικῶς παρὰ τοῖς Τραγικοῖς, ὡς ἱππικοὶ ἢ μαχικοὶ, nominantur, obſeruante EVſtathio ad Iliad. Ξ. p. DCCCCLXXX. In AEſchyli loco mſc. Ambr. Αρη Τ', Ενυω, legit, quae lectio ferri poteſt, quanquam Αρην uulgo legatur. Vterque enim Accuſatiuus inuenitur, et tertius etiam, Αρεα. Φόβον, quemadmodum in aliis etiam eſt Φιλόμηρον, Marti Bellonaeque iunxit, quem alii Martis filium, alii eiusdem equum fuiſſe tradunt, ut memorat EVſtath. ad Iliad. N. p. DCCCCXXXII. Pro, Καὶ ἀμαλάκτους, mſc. Ambr. reponit, Καὶ ἀκαταλλάκτους. In loco EVripidis, Ξυνεβάκχευσεν ὄρον, legit Manutius. Tollius dicit, *Ab EVripide ſuauius pronunciari, cum aliquo inſanire, quam ſuomet inſtinctu in furorem abripi.* Aliter tamen cenſeret ipſe EVripides, quando ait,

Συνασωφρονεῖν σοι βούλομ', ἀλλ' οὐ συννοσεῖν.

Et alibi,

Καὶ τοῦτο λυγρὸν, συνασοφεῖν τοῖς μὴ σοφοῖς.

Sed Alcaeum ſequitur Tollius fortaſſe, qui inquit,

Σὺν μοι μαινομένῳ μαίνεο, σὺν σώφρονι σωφρόνει.

CAPVT

CAPVT VII.

οὐ μά. Μαραθών. *Cur Athenienſes per occiſos in pugna iurarint. Occumbentes in praeliis olim* ἰσόθεοι. *Heroici uerſus in proſa apud Longinum notati. Artemiſium.* Τύραννοι καὶ βασιλεῖς. Τὰ σαθρὰ τῶν πραγμάτων. *Menander apud Suidam forte correctus. Longini* μνημονικὸν ἁμάρτημα. *EVſtathii cum Longino conſenſus.* Επὶ κόρρης ῥαπίσας. Επὶ ξυροῦ ἀκμῆς *quid ſit Liuio. Verſus* ἀνωνύμου *Poetae apud Longinum forte emendantur, et Sophoclis.* Αλωσις Μιλήτου *Phrynichi. In Homero lectio apud Longinum corrupta. Multa in Longino notantur, et corrigantur.*

SEctionis XVI. principio ſtatim pro ἐμφερὴς legitur ἐφεξῆς in cod. Ambr. mſc. Deinde in eodem ſub initio loci Demoſthenici deſunt uerba, Ανδρες Αθηναῖοι. Pro, Ελευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀραμενοι, idem legit, Ελευθερίας ἀγῶνα ἀραμενοι. Iterum in eo legitur, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, μὰ τοὺς κ. τ. λ. abſente negatione altera. Eadem lectio ibidem habetur quoque in ſequente ſectione XVII. p. CXXVIII. Manutius utrobique eiectam illam ἀπόφασιν acuit, et ſequitur ultimo in loco Tollius. Venuſtior etiam eſt uulgata lectio. Scholia Thucyd. p. CXCIV. Εν τῇ συνηθείᾳ δὲ πολλάκις παρελκούσαις ἀποφάσεσι χρώμεθα, οὐ μὰ Δία, Φάσκοντες, καὶ, οὐ μὰ γὰρ Απολλωνα. Marathon, ut EVſtath. ad Od. H. p. ∞ DLXIIX notauit, δῆμος ἦν ὕστερον τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Διγενὴς δὲ ἡ λέξις. Καὶ γὰρ ὁ Μαραθὼν λέγεται, καὶ ἡ Μαραθών. Iurabant autem per eos, qui in pugna Marathonia perierant, Athenienſes, quia, ut inquiunt ſcholia ad Comici ἱππ. p. CCCLXII. Αθηναῖοι μόνοι ἐν Μαραθῶνι τοὺς βαρβάρους ἐνίκησαν. Η γὰρ ἐν Σαλαμῖνι νίκη, καὶ ἡ ἐν Πλαταιαῖς, ἐδόκει κοινὸν ἔργον εἶναι πάντων Ελλήνων. Et iterum, Τὰ μὲν ἄλλα κατορθώματα κοινῇ πᾶσα ἡ Ελλὰς ἐποίησε κατὰ τῶν βαρβάρων, τὸ δ' ἐν Μα-

ραθῶνι μόνοι Αθηναῖοι. Sic apud Thucydidem quoque lib. I. συγγραφ. Φαμὲν γὰρ, inquiunt Athenienſes, ἐν Μαραθῶνί γε μόνοι προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ. Adde omnino Lyſiam Orat. XXXI. quae inſcribitur, Επιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς, quamque e ceteris Lyſiae orationibus elegantiſſimam facile et elaboratiſſimam eſſe iudicamus. Huius in epilogo, plane ut de Demoſthene Longinus dixit, τοὺς ἐν Κεραμεικῷ κειμένους DIs comparat, additque, lugendos tamen eos fuiſſe, non quod luctum ſint meriti diuinis honoribus aucti, ſed, quia conſuetudo patria id requirit. Non ita multo poſt in Longini mſc. Ambr. μεθεσακὼς pro uulgato μεθισὰς legitur. Pro, οὐδέν ἐς', εἰ μὴ ὅρκος, ſatis recte mſc. Ambr. legit, οὐδὲν ἔτ', εἰ μὴ ὅρκος. Deinde in eodem legitur non minus recte, Καὶ ταυτὸν, ὡς ἔφην, ἅμα ἀπόδειξίς ἐστι τοῦ μηδὲν ἡμαρτηκέναι, παράδειγμα καὶ ἕξις, ut σχῆμα ſit ἀσύνδετον. Sequitur uerſus in Longino heroicus hexameter, Νίκας ὁμνύεις, διὰ ταῦθ' ἑξῆς κανονίζει. Tales obſeruare plures in hoc ſyntagmate liceret, ſi tempus perdere conſtitueremus. Loco, Φησὶν ἐν Μαραθῶνι, non ualde bona altera eſt lectio mſc. Ambr. Φησὶ Μαραθῶνι. Etſi enim EVpolis ſupra,

οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,

dixerit: dandum tamen ibi aliquid erat licentiae Poeticae. Verba, τῶν προγόνων, in mſc. Ambr. deſunt, et poſſunt ſaluo ſenſu deeſſe, interpresque etiam ea praetermiſit. Iterum non bene in mſc. Ambr. Τοὺς Σαλαμῖνι legitur, ut ἢ ἐν deſideretur. Inuerſis deinde paululum uerbis, mſc. Ambr. legit, Καὶ ἐπ' Αρτεμισίῳ ναυμαχήσοντας. De Artemiſio Suidas, ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΝ, ἀκρωτήριον τῆς ΕΥβοίας, οὗ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος μνημονεύει. Sectio XVII. in mſc. Ambr. incipit, οὐκ ἄξιον ἐπὶ τούτου. Pro συμμαχεῖ in eodem legitur

συμμα-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [62] - 42

συμμαχεῖται, scilicet, quia ἀντισυμμαχεῖται sequitur. Ipse tamen potius συμμαχεῖ τε legerim. Coniungit porro Longinus ΤΥΡΑΝΝΟΥC ϗ ΒΑCΙΛΕΑC. EVstathius ad Od. c. p. ∞ DCCCXXXIX. de uoce *tyranni* late agit, nec non Suidas, nisi quod ultimus omnia descripsit e scholiis ad Sophoclem ueteribus. Quomodo differant ὁ βασιλεὺς ϗ ὁ τύραννος, Scholiasta Comici ad Acharn. p. CCCLXXIII. docet. Scholiasta Thucydidis ad lib. I. p. X. Διαφορὰν, inquit, τυραννίδος λέγει ϗ βασιλείας ὁ Θουκυδίδης, ὡς καὶ οἱ φιλόσοφοι, οἱ δὲ ῥήτορες ἀδιαφόρως λέγουσι. Paulo post recte msc. Ambr. Κἂν ἐπικρατήσῃ δὲ τοῦ θυμοῦ, legit. Idem deinde legit, Καί πως παραλειφθεῖσαν. Legerem ego παραλειφθεῖσ' ἄν. Mox δέδυκε legitur in eodem pro ὑποδέδυκε. Paulo inferius idem agnoscit, Επὶ τῆς ζωγραφίας τι συμβαίνει, quae lectio nihil monstri alit. Sub fine sectionis eleganter habetur in msc. Ambr. Αλλὰ ϗ ἐγγυτέρω. Segmento XVIII. non procul initio legitur in eodem, Ἆρα οὐκ αὐταῖς τῶν χημάτων εἰδοποιΐαις παραπολὺ ἐκπρακτότερα. Distingue εἰδοποιΐαν ab εἰδωλοποιΐα, de qua Longinus sectione XV. egit. Deinde cum III. Vaticano facit msc. Ambr. codex, qui itidem concise legit, Η Μακεδὼν ἀνὴρ καταπολεμῶν τὴν Ελλάδα τέθνηκε. Μακεδὼν ἀνὴρ plane, ut Horatius, *Vir Macedo*. Τὰ σαθρὰ τῶν Φιλίππου πραγμάτων *corruptus regni Macedonici status* dicitur. Suidas, CΑΘΡΟΙ, παλαιοὶ, φθαρέντες. Menander apud eundem,

Τὰς μὲν καταῤῥαχθῆναι ἐπάλξεις ταῖς βολαῖς,
Καὶ τὸν δὲ τοῖχον ζῆ καταιγίδων βίᾳ,
Απαντα δὲ τοῦ πύργου σαθρωθῆναι ὁρᾷς.

Ita hi uersus legendi uidentur et supplendi. Pro, Οσον ὑφ' ἑτέρων, lege, Ως ἂν οἱ ὑφ' ἑτέρων, non, Ως οἱ ὑφ' ἑτέρων. Τὸν ἀκροατὴν ἀπάγει, in, Τὸν ἀκροατὴν ἀπάγον, msc. Ambr.

 com-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [63] - 43

commutat: et poteſt ferri lectio, ſi copula inſequens deleatur. Poſt uerba εἰ οὕτως iterum in mſc. Ambr. margine notatum reperitur, Ενταῦθα ἐλλείπει περὶ δύο φύλλα. Homeri uerſus ſectione XIX. ita leguntur in mſc. Ambr.

Ηλθομεν, ὡς ἐκέλευες, ἀνὰ δρυμὰ, φαίδιμ' Οδυσεῦ,
Ιδομεν ἐν βήσῃσι τετυγμένα δώματα καλά.

Non probo hanc lectionem, quum partim metrum quoque reclamet, partim gloſſam ſapiat: nihilominus tamen, δώματα Κίρκης, nec legitur in edd. Homeri, ſed, δώματα καλά. Dicam ergo, quod ſentio: Equidem reor μνημονικὸν Longini ἀμάρτημα eſſe uerba illa, δώματα Κίρκης, quia fere eodem modo Od. K. uers. CCX. praecedente non multum ante legebatur,

Εὗρον δ' ἐν βήσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης.

Ceterum Longini iudicio ſubſcribit EVſtathius ad eum locum p. ∞DCLVII. Οτι ἐπαινοῦνται τῆς εὐρυθμίας τὰ δύο ἔπη ταῦτα,

Ηιομεν, ὡς ἐκέλευες, ἀνὰ δρυμὰ, φαίδιμ' Οδυσεῦ,
Εὑρομεν ἐν βήσῃσι τετυγμένα δώματα καλά.

Τὰ τῆς Κίρκης δηλαδή. Καλὸν δ' ἐν τούτοις καὶ ἡ ἀσύνδετος εἰσβολή. Pro κατεσπευσμένα in mſc. Ambr. recte legitur κατεσπασμένα. Haec enim lectio praecedenti διακεκομμένα ſatius reſpondet. Sectione XX. Manutius κατὰ συμμορίας legit πληθυντικῶς pro κατὰ συμμορίαν. Pro, Εν τάξει γὰρ τὸ ἡμερροῦν, mſc. Ambr. Εν ϛάσει γ. τ. η. legit. Nolim aliquid mutari. Sequitur enim, Εν ἀταξίᾳ δὲ τὸ παθος. Adde finem huius inciſi, qui nihil immutandum eſſe plane perſuadet. Poſt uerba, Καὶ ἐπαναφορὰς, in mſc. Ambr. repetitur haec ῥῆσις e Demoſthenica oratione, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ. Sic et paulo poſt uerbum ἐμβολὴν ea, quae iam praeceſſerant, Οταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρης, φησὶ

θησὶ, ταῦτα et cetera, in eodem repetuntur. Vtrumque e gloſſa uidetur eſſe Graeculi cuiusdam Grammatiſtae, qui nec Longinum ſatis ceperat, ut fortaſſe indicaret, ſuperiora et haec Demoſthenis uerba in oratione eius coniungi. Paulo ante pro, ὁταν ἐπὶ κόῤῥης, in mſc. Ambr. legitur, ὡς δοῦλον, ſtatimque, οὐδὲ ἄλλο, pro, οὐδὲν ἄλλο. De Attica phraſi, Ἐπὶ κόῤῥης ἢ κατὰ κόῤῥης πλῆξαι ἢ ῥαπίσαι, διεξοδικῶς egit EVſtath. ad Iliad. Ξ. p. DCCCCXLVII. Sectione XXI. pro, Εἰς λειότητα ἀκεντρόν τε, lego, Εἰς λειότητα ἀκεντρόν τινα. Sub finem eiusdem ſegmenti Manutius legit, Ἀπολύει τοῦ δρόμου. Pergimus ad ſectionem XXII, ubi Manutius edidit, Ηνίκ' ἂν φύσις εἶναι δοκεῖ. Non bene. Supra Longinus, Ηνίκ' ἂν διαπονῶμεν. Deinde in mſc. Ambr. Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς, reiecto articulo, legitur. Eadem poſtea non ſemel repetitur lectio, ut de Homero nihil dicam. Suidas, ΞΥΡΟΥ ΑΚΜΗC, τοῦ ὀξυτάτου κατὰ λεπτότητα τῶν σιδηρίων. Liuius elegantiſſime hoc prouerbium Latine exprimit, *Iam enim ſub ictu teli erant, et undique inſtabant hoſtes.* In eodem mſc. paulo ante, Ἐν τῇ Ἡροδότου, legitur, ut uideatur nomen Muſae excidiſſe, e qua haec ῥῆσις deſumta eſt. Deinde Manutius legit, Ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα. Etiam hic habetur uerſus heroicus hexameter, Τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα, ἄνδρες, quanquam ille non Longini ſit, ſed Herodoti. Inſcitiam ſcriptoris ſui mſc. Ambr. profitetur, quum, Ἐλεύθεροι, ἢ δοῦλοι, καὶ οὗτοι, ὡς δραπέτησι, legit. Δραπέτησι tamen rectum eſt, non, ut operarum uitio Tollii editio habet, δραπέτησι. Paulo poſt legit, Νῦν ὧν ἡμεῖς, quia ſupra, ſcilicet, Ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα. Sed inepta haec eſt lectio. Iterum idem legit, Ταλαιπωρίας ἐνδέχεσθαι παραχρῆμα. Omnia declarant, interpolatum hic eſſe mſc. a neſcio quo Gram-

Grammatiſta. Deinde idem codex legit, πόνῳ ἡμῖν, et abeſt uox ἔσῃ. Mox conciſius ſcribit, ὑπερβαλέσθαι τοὺς πολεμίους. Verba, εἶναι ἐλεύθεροι, deſunt. Manutius deinde legit, ἔχεται ὑμῖν, ut ſupra in aliis quoque codd. extabat, quanquam ipſe ab iis ibi diſceſſionem fecerat. Legitur porro in mſc. Ambr. προσεισέβαλον οὖν [repone, προσεισέβαλε γοῦν] ἂν εὐθὺς ἀπὸ τοῦ φόβου, ὡς μηδ' ἀρχὴ φθόνων πρὸς τὸ κ. τ. λ. Manutius edidit, προσέλαβεν γάρ. Sectionis XXIII. initio in mſc. Ambr. μεταβολαὶ legitur pro ἀντιμεταβολαί. Ante uerba, ΑΥτίκα, φησὶ, nomen uidetur excidiſſe auctoris, qui uerbis ibi ſubſequentibus uſus eſt. Non uidentur ea eſſe Thucydidis, quia τὸ ΚΕΛΑΔΗCΑΝ Ioniſmum prodit. Videntur ergo eſſe Poetae. At Faber, ſi uerſum conſtituere credantur, τὸν ΚΑΙ deſiderari putat. Obiectioni huic obuiam imus, ſi, more Longini, totum Poetae locum deſcriptum hic extare negemus, ut adeo per ἀσύνδετον copula fortaſſe usque ad finem reiecta fuiſſe credatur. In mſc. Ambr. pro θύνων eſt θύννων. Ego, ſi ΘΥΜΟΝ legeretur, omnem rem extra controuerſiam eſſe reputarem. In Sophoclis uerſibus, qui non ita procul a fine OEdipi Tyranni leguntur, lege, χ' ὡπόσα, quod etiam edd. Sophoclis, Manutius, Langbaenius, et mſc. Ambr. agnoſcunt. Paulo ante ταὐτὸ σπέρμα mſc. Ambr. legit. Idem legit etiam deinde συνεκπλήθυσεν, ut a uerbo ſit πληθύω, quam lectionem non probo. Mox παρετετείμεθα ille mſc. codex reponit, ut ſit ὁ ὑπερσυντέλικος χρόνος. Locum illum, οὐδὲ βάρβαροι, et reliqua, Manutius plenius e mſc. Beſſarionis codice hoc modo legit, οὐδ' ἄλλοι πολλοὶ φύσει βάρβαροι. Eodem modo mſc. Ambr. legit. Nec multum edd. Platonis uulgatae abludunt. Sub finem mſc. Ambr. legit, ΑΥχησιν ἢ πληθὺν, quod corruptum

ptum est. SectioneXXIIII. meminit Longinus Phrynichi tragici drama, Αλωσιν Μιλήτου uocatum, de quo praeter doctis uiris notatos auctores conferendus est etiam Strabo lib. XIIII. p. DCXXXV. ed. Casaub. Paulo post in msc. Ambr. legitur, τὸ ἐκ τῶν διηρημένων, ut desit ὁ αἰτιατικὸς σύνδεσμος. Mox in eodem, οπου τε ὁπότε legitur. Manutius pro ἐμπαθοῦς edidit ἐυπαθοῦς. Sequenti sectione XXV. post uerba, τὸν ἵππον, desideratur pronomen αὐτοῦ. Nec multum refert, si deleatur dictio. Sectione XXVI. male abest uox ἀλλήλοισιν in msc. Ambr. quum Homeri uersus recitantur. Pro ὡς ἐσυμένως legendum est, ὣς ἐσσυμένως, ut extat etiam in edd. Homeri, Iliad. O. uers. DCXCIIX. In Herodoti loco post uerba, Ανω ἰόντι, aliquantum spatii uacuum est relinquendum. Duo illa uerba msc. Ambr. expungit, quia soloeciſmum eis inesse reputarat librarius, substituitque eorum in locum, sensum qualitercunque exprimens, πλεύσεαι. Cum eodem non legerim ἀφίξη, quanquam sciam, ad dialectum, quando auctores laudantur, saepe non attendi. Mox ibidem legitur, πλέυσεαι δύ ἡμέρας. Deinde, Επειτα ἤξεις, scribitur, reiecta antecedente copula. Pro, Ως παραλαβὼν in cod. msc. Ως παραβών, extat, pro, Ως παραβαλών. Sed tum dicendum erat Longino, Ως παραβαλὼν τὴν ψυχήν σου εἰς τόπους, δεῦρο κἀκεῖσε ἄγει. In eodem msc. legitur τὰ πράγματα pro τὰ πρόσωπα, quod Tollius recte etiam in textum recipit. Τάδε δὲ γράφω, ὥς μοι ἀλήθεια δοκεῖ εἶναι.

CAPVT IIX.

συγγραφεὺς, scriptor: inprimis prosa usus. Suidas emendatur. Pherecydes prosae orationis auctor. Acusilaus. Tres ἀποφάσεις coniunctae. Homeri loci aliquot apud Longinum

num expensi. Ire, iter, *de morte* εὐφημοῦντες *prisci dicebant: itemque* concessit, *et* abiit, *et* fuit, *et* uixit. Plures *olim dicti sunt mortui.* Ξιφίδιον *et* ξιφείδιον. Πεπωκὼς *et* πεπ]ωκὼς *a librariis confunduntur.* Πέπωκα *non est* ἄχρηστον. *Od. Biseti error.* Αἰχρὸν *dicitur* περὶ τῶν ὀνειδιζομένων. *I. Gretserus notatur.* Τόλμα *et* τόλμη. *Tollii lapsus iteratus. Voluptas malorum esca. Plato* πυθαγορίζει περὶ τῆς ψυχῆς ἐλευθερίας. *Bacchus* μανόμενον, *et Mars, et Neptunus. In Longino lectiones variae annotatae, multaque in eo correcta, uel uindicata.*

STatim sub sectionis XXVII. principio συγγραφεὺς non tam pro *historico*, quam pro *quolibet* sumitur *scriptore*. Passim hac uoce olim ita usus est Galenus. Non tamen nego, aliter loquutos esse uetustiores Graecos, quod Scholiasta Thucydidis sub initium monuit. Quanquam autem hoc loco uidetur Longinus etiam *Poetas* uocare συγγραφέας, quod fecit etiam initio sectionis XXXIII, inprimis tamen ita *pedestri sermone utentes* uocabantur. Hinc συγγραφὴ *sermonem* notat aliquando *pedestrem.* Ita capiendus est Suidas in Ἑκαταῖος, quum ita scribit, Πρῶτος δὲ ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκεν Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος, συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης. Τὰ γὰρ Ἀγησιλάου νοθέυεται. Eadem dixit Suidas in Ἱστορῆσαι, nisi, quod male ibi pro *Pherecyde* substituatur *Thucydides*, quia, scilicet, συγγραφὰς et ipse scripserat. Quod prosam orationem intelligat Suidas, ipse optime edisserit in Φερυκύδης, ubi ait de eo, πρῶτον δὲ συγγραφὴν ἐξενεγκεῖν πεζῷ λόγῳ τινὲς ἱστοροῦσιν, ἑτέρων τοῦτο εἰς Κάδμον τὸν Μιλήσιον φερόντων. Sic Plinius lib. VII. cap. LVI. *Prosam*, inquit, *orationem condere Pherecydes instituit, Cyri regis aetate.* At in Suida praeterea tribus in locis graue et inueteratum mendum est. Pro Ἀγησίλαος enim legendum est Ἀκουσίλαος, de quo ipse ait, Ὅτι ἱστορικὸς ἦν πρεσβύ-

πρεσβύτατος. In Homeri apud Longinum loco pro, Απάνευθε νεῶν, in edd. Homeri eſt, Επάνευθε νεῶν. Deinde in mſc. Ambr. ſequens uox ΕΤΕΡΩΘΙ in ΕΘΕΛΟΝΤΑ eſt immutata. In eodem pro, ΑΥτοῦ οἱ θάνατον, legitur in mſc. Ambr. ΑΥΤΟ ι θάνατον. Legerem ΑΥΤΟΘι οἱ θάνατον, quia αὐτόθι cum αὐτοῦ idem eſt, niſi alterum agnoſcerent etiam edd. Homeri, Iliad. O. uers. CCCXLIX. Mox pro πρέπουσαν in mſc. Ambr. eſt ΠΡΕΠΟΥΣΑΝ, et pro ἡ πρόσχρησις legitur ἡ πρόχρησις. In Hecataei loco Fabri et Tollii emendationibus plane ſubſcribo. Αποίχεσθαι tamen non mutarem. σύνηθες γὰρ τοῖς ποιηταῖς, ὥσπερ κ᾽ τοῖς πεζολεκτοῦσιν Αττικοῖς, χρῆσθαι τοῖς ἀπαρεμφάτοις ἀντὶ προσταικτικῶν. Deinde mſc. Ambr. legit, Ηρακλείδας ἐπιγόνους, et, Καμὲ ΤΡΩΣΕΤΕ, quod eſt παρὰ τὸ ΤΙΤΡΩΣΚΕΙΝ, ut ſenſus ſit, *Ne et mihi damnum inferatis.* Sed lectio uulgata praeſtantior eſt. Mox ἡ τέχνη requirit, Αγχίστροφον παρέσησε. Mſc. Ambr. legit, Αγχίστροφον παρέσακεν. In Demoſthenis loco pro χολὴν legitur in mſc. Ambr. χολήν. An χολῇ legendum eſt? Sic autem negatio erit triplex. Nec tamen id Graecis eſt inuſitatum. Lyſias Orat. XII. ΟΥδεπώποτε, ait, οὐδ᾽ ὑφ᾽ ὑμῶν οὐδεμίαν τὴν αἰτίαν αἰσχρὰν ἔχον. In Homeri loco pro εἰπέμεναι Manutius legit, ἢ εἰπέμεναι. In codd. editis Homeri, Od. Δ. uers. DCLXXXII. legitur, ἢ εἰπέμεναι, quae recta eſt lectio. Nec metrum repugnat. Eſt enim συναλοιφή. Sic Iliad. E. uers. CCCXLIX.

Η οὐχ ἅλις, ὅτι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις;

Ενδιάθετον ἀρὰν τὴν τῆς Πηνελόπης κατὰ μνηστήρων inesſe uerſui illi, Μὴ μνησεύσαντες, κ. τ. λ. ante Gabrielem de Petra dixit ad eum Homeri locum EVſtathius. Ille etiam cum uulgatis Longini edd. legit in Homero, οἱ θάμ᾽ ἀγειρόμενοι. Sed Manutius, et uulgatae edd. Homeri, rectius uidentur

dentur legere, οἱ δ' ἅμ' ἀγειρόμενοι. Sequenti in uerſu priorum trium uocabulorum lacuna in mſc. Ambr. extat. Pro, τῶν πρόσθεν, quod Manutius etiam agnoſcit, nihil certius eſt, quam, τὸ πρόσθεν, ſcribendum eſſe. Nec aliter EVſtathius et edd. Homeri legunt. In ſegmenti XXIIX. limine duae hae uoculae καὶ ἡ a mſc. Ambr. abſunt. Manutius contra auctoris mentem, ὡς οὐχ ὑψηλοποιὸν, edidit. Pro, ἀλλ' ἠδέως, mſc. Ambr. ἀλλ' ἀδεῶς legit, τοῦτ' ἔστι, δρασικῶς. Πορείαν de morte dixit Plato κατ' εὐφημισμόν. Catullus eam *iter tenebricoſum* nuncupauit, eandem ob cauſſam, non, quod ſperaret immortalitatem. Vide apud Pauſan. Eliac. I. cap. XX. p. CCCCXXVII. ed. Kuhn. Nec alii Latini aliter. Lucret. lib. III.

Denique ſaepe hominem paulatim cernimus ire.

Nota praeterea ſunt CONCESSIT apud Tacitum, et ABIIT, de quo Scaliger ad Feſtum, et Io. Meurſius de funere cap. I. itemque ABIIT AD PLVRES. Nam mortui quoque PLVRES uocabantur. Ariſtophanes ἐκκλησιαζούσ.

Η γραῦς ἀνεψηκυῖα ἀπὸ τῶν πλειόνων.

τουτέστι νεκρῶν, ut ſcholia ibi p. DCCLVI. et Suidas docent. Adde de hoc P. Victor. lib. II. cap. VII. uar. lect. Talis εὐφημισμὸς erat etiam in illa formula, SI QVID HVMANITVS ACCIDERIT, de qua multis egit L. Torrent. ad Suet. AVguſt. cap. CI. p. CCXVII. Dicebant etiam de mortuo, FVIT. Vid. Barth. aduerſ. lib. XLII. cap. IX. et lib. X. cap. XX. Adde Io. VVeiz. ad Valer. Flacc. lib. VII. uers. CCCXLI. Sic Thucydides lib. II. τὸν οὐκ ὄντα uocauit τὸν τεθνηκότα, ut uolunt ſcholia ibi p. CXXIX. Sophocles [illegible]νόνη, uers. DLXXIII.

Αλλ' ἥδε μέν σοι μὴ λέγ', οὐ γὰρ ἐς' ἔτι.

Ibi ſcholia p. CCXXXVI. Αντὶ τοῦ, Μὴ φρόνει, ὅτι ἐν τοῖς ζῶσίν

σίν ἐστι. Denique VIXIT etiam dicebant. Απεβίω uertit Seneca. Plutarcho in Cicerone est ἔζησε. Καὶ ταῦτα δὴ ταῦτα. Pro, Αρα δὲ, recte legit msc. Ambr. Αρα δή. Post uerba, Αρμονίαν τινὰ, inseritur uocula τῇ, non bene, nisi scribendum sit, Καθάπερ ἁρμονίαν τινὰ δεῖ. Sectionis XXIX. primum uocabulum ἐπίκαιρον in msc. Ambr. in ἐπίκηρον immutatur, tumque paulo post legitur, ΕΙ μὴ συμμέτρως, ut sensus sit, *Profligatam et insulsam rem esse periphrasin, nisi modice ea utamur.* Non uidetur haec lectio spernenda, quum cum consequentibus satis cohaereat. Possit etiam τὸ ἐπίκηρον Longini explicari ex illo Martialis,

Victurus genium debet habere liber.

Nec tamen haec lectio plane prae uulgata satisfacit, praesertim, quum ἐπίκαιρον eodem modo usurparit iam ante Longinus sect. XVIII. p. CXXXII. Toll. ed. Mox uerba, ΕΙ καί τισιν ἀκαίρως δοκεῖ, corrupta sunt. Primo lege, ἄκαιρος. ὁ ἄκαιρος opponitur τῷ ἐπικαίρῳ, de quo iam diximus. Deinde lege, ut est in msc. Ambr. ΕΙ κἄν τισιν ἄκαιρος, quamuis ibi male adhuc extet ἀκαίρως, reiecto uerbo δοκεῖ, quod in eodem quoque desideratur. Κἄν τισιν, τουτέστι, Καὶ ἔν τισι. Pro, Καὶ, εἰ πρόβατα, in eodem msc. est, Ωσεὶ πρόβατα, unica uoce. Sed scribendum est distinctim, Ως, εἰ πρόβατα. Pro Φατὶν extat in msc. Ambr. Φησὶν, id est, *inquit orator.* Sic supra p. CXVI. Καὶ μὴν εἴτις, Φησὶν, αὐτίκα κ. τ. λ. nisi lectio et eo in loco est corrupta. Pro πεφιλολόγηται legitur in msc. Ambr. πεφιλολογεῖσθαι. Ego legerem πεφιλολογήσθω. Sic Aristoteles εἰρήσθω usurpat. Post uerbum πεφιλολόγηται Manutius addit, Τερεντιανὲ φίλτατε. Sectione XXX. pro Περὶ τοῦ Φρασικοῦ in msc. Ambr. est, Αντὶ τοῦ Φρασικοῦ, quod innuit, ἀμφὶ olim fuisse lectum. In eodem pro κατακηλεῖ est κατακλεῖ, quasi scriptum fuisset κατακλείει. Minus bene. Pro σαφήνειαν

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [71] - 51

mſc. Ambr. ἐοπίνιαν reponit. Legerim ἐπίνοιαν, ut Longinus innuat *ſolertiam in excogitando*. Poſt hanc uocem alteram uoculam ἢ mſc. Ambr. delet. Inde confirmatur coniectura Tollii, quae eandem hinc eiecerat. Paulo poſt non aeque bene in eodem deſideratur τἄλλα. Pro, Δι' αὐτῆς, Tollius repoſuit, Δι' αὐτῆς. Ego nihil muto. Duo enim haec pronomina et alias confundit Longinus, inprimis, ſi ſequamur impreſſionem Manutianam, de qua re alibi mentio iniecta eſt. In fine huius ſectionis ultima ſui parte truncatae ad oram mſc. Ambr. notatum eſt, Ενταῦθα ἐλλείπει περὶ δύο φύλλα. Sectionis XXXI. uox prima ἱπτικώτατον in mſc. Ambr. exaratur. Pro ἐμοίγε Tollii reponendum eſt ἔμοιγε. Manutius deinde legit, Επὶ τὰ αἰχρὰ κ᾽ ῥυπαρά. Pro ξιφιδίῳ in mſc. Ambr. ξιφειδίῳ habetur, quod etiam non damno. Nam a uoce λέξις habetur eodem modo τὸ ὑποκοριστικὸν modo per ι ſcriptum, modo per diphthongum. λεξείδιον ſane legitur apud Clem. Alexandr. lib. I. p. CCLXXIX. Paulo poſt recte Manutius legit, Επὶ τῆς νεώς. Pro τῷ σημαντικῷ in mſc. Ambr. eſt τῷ σημαντικῶς, ut uideatur uox ἐμφαίνειν, uel ſimilis, excidiſſe. Sectione XXXIII. pro, Τὰς αὑτῶν ἕκαστοι, Manutius legit, Τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι. Vocabulum προπεπωκότες in mſc. Ambr. mutatum eſt in προπεπτωκότες. Male. Saepe nempe πέπωκως in πέπτωκως a librariis mutari, exemplis additis erudite demonſtrauit P. Leopardus lib. IX. cap. XXXIII. emendat. Iterum nugantur Grammatiſtae nonnulli, qui hoc tempus uerbi πίνω Graecis ſcriptoribus nec ſatis uſitatum eſſe aſſeuerant. Sic Od. Biſetus ad Ariſtoph. σφῆκας p. DXXXVII. τὸ ΚΑΤΑΠΕΠΩΚΑ ἀχρηστον eſſe aſſerit. Gloſſae, *Biberat*, πεπώκει. Pro eo ἐπεπώκει eſt in Cebetis πίνακι. Facit gloſſa ad I. Reg. XXX. com. XII. τῶν ὁ, ubi

ubi legitur. Vtuntur eo uerbo e profanis praeterea ſcriptoribus Theocritus ΕΙΔ. β'. AEſchylus ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, uers. DCCCXXXIII. Ariſtophanes Ἀχαρνεῦσιν, Athenaeus, et quis non? Quid enim attinet, plures nominaſſe? Per ταὶ αἴσχιστα intellige *probroſiſſima quaeque*. Suidas, Αἰσχροῦ εἴδη δ', ἄδικον, δειλὸν, ἄκοσμον, ἄμορφον. Κατ' ἰδίαν uero antiquis αἴσχ῾ ἀναδήσασθαι dicebantur οἱ ὀνειδιζόμενοι. Homerus Iliad. Γ.

Τὸν δ' Ἕκτωρ νείκεσσεν ἰδὼν αἰσχροῖς ἐπέεσσιν.

Ibi EVſtathius p. CCCLXXIX. Ἰστέον δὲ, ὅτι αἰσχρὰ ἔπη συνήθως οἱ ὀνειδισικοὶ, ὅ ἐστι, ψεκτοὶ λόγοι, ὥσπερ ἀνάπαλιν καλὰ ἔπη, καθ' ὥσπερ εἰπεῖν ἐυειδῆ, τὰ ἐγκωμιαστικά. Ονειδισικοῖς λόγοις in patriam delectari proditores adulatoresque, notum eſt. Sed *de libidinoſis* tamen maluit interpres accipere. Poſt uocem δεσπότην in mſc. Ambr. deeſt αὐτῶν. Manutius ſueto more αὐτῶν legit. Deinde mſc. Ambr. Τοῖς πρότερον Ελλησι ſcribit, quod bene Graecum eſt. Paulo poſt ἰάζει paululum Demoſthenes in uoce ἀνατετραφότες, quum ἀνατρέπω κοινῶς requireret ἀνατετρεφότες. Manutius ἀνατετροφότες edidit. Sed pugnat haec lectio cum ſenſu auctoris, niſi uel ἀνατετροπότες reponas, uel οὐδαμῶς, aut ſimilis exciderit negatio. Mox ἑνικῶς Manutius legit, Μειλίγματά φησι. Pro, πλήθῳ καὶ τόλμῃν μεταφορῶν, mſc. Ambr. πλήθῳ καὶ τόλμης legit. Emenda cum Tollio, πλήθους καὶ τόλμης. T. Faber ΤΟΛΜΑΝ ſcribere iubebat. EVripides Ἐκάβῃ, uers. ∞ CXXIII.

Σὺ δὲ τόλμαν, Ἑκάβη, τὴν δ' ἔτλης ἀμήχανον.

Vides, ut obiter etiam hoc annotem, ultimam in τόλμαν hic corripi, ſecus, quam Iac. Gretſerus, uel quisquis alius, qui Grammaticam Graecam eius nomine conſcripſit, opinatus eſt. Nec alterum tamen ἡ τόλμη inuſitatum olim plane

ne fuisse, colligitur ex EVstathio ad Od. Λ. p. ∞ DCLXXXVII. ubi inquit, Ιστεον δὲ, ὅτι τὸ λήδη λῆδα λέγεται κατὰ Ηρωδιανὸν Δωρικῶς. Ισως δὲ Δώριον ἡ τόλμα, ὃ ἀναλογώτερον τοῦ τόλμη φησὶν Ηρωδιανός. Idem secundum quosdam Technographos Ionice dici νύμφα, τόλμα, τῆθα, pro νύμφη, τόλμη, τήθη asserit. Ait enim ad Iliad. r. p. CCCXCIII. Οτι τὸ μὲν νύμφα, καθὰ καὶ τὸ τόλμα, καὶ τήθα, (legendum est τῆθα,) Ιωνικά τινες εἶναι βούλονται, πρὸς χρείαν δὲ μέτρου συναλτικὴν παρειλῆφθαι. Haec ille. Mox Tollius alucinatur et in interpretando, et in interstinguendo, et in corrigendo. Primo enim interpunge, Κἄπειτα τῶν χημάτων τὰ ἔυκαιρα. Deinde interpretare, *tempestiue usurpatas*, ut fecit Gabriel de Petra, denique retine ueterem lectionem, Καὶ τὰ σφοδρὰ πάθη, etsi etiam articulus in msc. Ambr. desit. Nam ΤΑ ἔυκαιρα τῶν χημάτων praecessit, sequiturque, το γενναῖον ὕψος. In Platonis loco ηδονὴ κακῶν δέλεαρ uocatur, non, ut in msc. Ambr. erat, κακὸν δέλεαρ. Nam et Cicero I. de ll. uoluptatem uocauit *matrem malorum*, et in Catone maiore plane, ut Plato, *escam malorum*. *Irritamenta malorum* diceret eam Poeta. Post uerba, Αμμα δὲ τῶν φλεβῶν subiecit Manutius e msc. Bessarionis, ut mihi persuadeo, τὴν καρδίαν. Nec uideo, cur in annotandis erratis typographicis mentem suam mutauerit. In msc. Ambr. habetur, Αναμμα δὲ τῶν φλεβῶν τὴν καρδίαν. Nec aliter scripsit Plato. In eius edd. Τὴν δὲ καρδίαν ἄμμα] τῶν φλεβῶν, κ.τ.λ. legi uideo: Sed factum id est uitio librariorum, qui ultimam syllabam e uoce καρδίαν repetere neglexerunt. Pro ἐγέρσει msc. Ambr. non male ἐπεγέρσει scribit. Mox tamen male in eo est ἐνεφύτευσε pro ἐνεφύτευσαν. Pro, Οἷον ἄμμα μαλακὸν msc. Ambr. Οπῖον μάλαγμα legit. Non aliter in Vatic. duobus legitur. Mirus mss. consensus est hoc in loco, quare eruditis amplius de eo cogitandum esse existi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [74] - 54

existimamus. Pro ἀκμάζῃ in msc. Ambr. est ζέσῃ, ita tamen, ut uox πηδῶσα desideretur. Pro, Μετὰ δὲ ταῦτα, usque ad, Νομὴν δὲ, in msc. Ambr. legitur, Μετὰ δὲ ταῦτα σαρξὶ πάντα Φυσικατεσκίασαν προβολὴν τῶν ἔξοθεν τὴν σάρκα εἶον τὰ πηδήματα προθέμενοι. Νομὴν δὲ κ.τ.λ. Nec aliter Manutius legit, nisi quod, (Φησὶ) καλεσκίασεν et ἔξωθεν rectius ediderit. Monendus es tamen, lector, omnia haec immutata postea ab eo esse in uulgatam lectionem sub peccatorum ab operis commissorum recensione. In eodem msc. Ambr. legitur paulo post, τὰ Φλεβῶν ῥέοι νάματα. Porro ait Plato, μεθεῖσθαι τὴν ψυχὴν ἐλευθέραν. Nempe, ut ait Appuleius de dogmate Platonis, *eum Pythagoreos sectatum fuisse constat.* Sic autem αὐτὸς ἔφα, uel etiam Empedocles,

Ην δ', ὑπολεύψας σῶμα, ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ἔσεσαι ἀθάνατος, θεὸς, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Duae hae uoces, ὥστε δεῖξαι, in msc. Ambr. absunt. Nec iis opus est. Idem enim est, ac si diceret Longinus, Ἀλλὰ δὲ δεδήλωται, ὡς μεγάλαι, καὶ ἐξῆς. Mox recte in eodem, Μεγάλαί τε τὴν φύσιν, legitur. At non ita bene ibi legitur, Αἱ τροπικαὶ, nisi uel exciderit uox λέξεις, uel φράσεις, uel simile. Supra p.CLXXII. τῷ πλήθει τῶν τροπικῶν dixit. Deinde legitur in msc. Ambr. Καὶ φρασικοὶ, quemadmodum Longinus p. CLXIV. etiam loquutus est. Non multo post in eodem est, ὃτ γὰρ ῥᾴδιον ἐπινοεῖν. Post uerba, ὅτι πόλιν εἶναι, abest in msc. Ambr. uocabulum δεῖ, quia uidelicet, inquient, sequentis uocis initium eiusdem est soni. Sed equidem malim legere, ὃτ γὰρ ῥᾴδιον ἐπινοεῖν, ὅτι φησὶ πόλιν εἶναι δίκην κατὰ τῆς. Infra autem obtrectatores Platonis loquuntur, Νήφοντα γάρ φασι κ.τ.λ. Pro κεκραμένην etiam recte in msc. Ambr. κεκερασμένην legitur. Deinde de

Pla-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [75] - 55

Platone dicitur, ὅτι μαινόμενον ἔλεξεν οἶνον. Sic alii Bacchum uocarunt, cuius inuentum uinum est. Scholiasta Thucydidis ad lib. IIII. p.CCLXXV. τὸν Διονύσιόν φασι μαινόμενον, οὐχ ὅτι αὐτὸς μαίνεται, ἀλλ' ὅτι ποιεῖ μαίνεσθαι. Idem fere habes apud Scholiastam Pindari ad πυθ. δ'. ᾠδ. Apud Homerum Ἄρης μαίνεται. Horatio lib. I. Epist. XI. *furens Neptunus* commemoratur. Pro ἐγκεχύμενον msc. Ambr. ἐκκεχύμενον habet. Non multum abludit Tollii coniectura ἐκκεχυμένως reponentis. Verba, Ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασι, Tollius uertit, *In suis in Lysiam commentariis.* Non recte se habet haec uersio. Neque legitur alibi Caecilius in Lysiam commentatus esse. Interpretare ergo, *In suis pro Lysia commentationibus.* Laudauit Lysiam prae Platone Caecilius, ut suspicor, περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν ῥητόρων, cuius libri Suidas meminit in Καικίλιος. Nec absonum uidetur coniicere, eundem, qui Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος σύγκρισιν scripserat, scripsisse etiam σύγκρισιν Πλάτωνος καὶ Λυσίου.

CAPVT IX.

Ἀεὶ *pro* ἀεὶ *Attico in pedestri oratione. Thucydides a librariis corruptus. Th. Dempsterus notatur.* Λαχίσματα. *A. Duditbius notatur. Scholium Longino inditum corrigitur. Hyperidis orationes* ὑπὲρ Φρύνης καὶ κατ' Ἀθηνογένους. Ἀεὶ *in Cassiis Dione et Dionysio saepe παροξύνει. Fr. Robortellus notatur.* Nili μεγάλοι ποταμοί. *Rhenus et Danubius* μέγιστοι ποταμῶν. *Homeri et Isocratis locorum uaria lectio annotata, itemque Herodoti.* Λύσις καὶ ἴασις *eadem. Comicus uetus apud Longinum, ipseque Longinus saepius, forte emendatus.*

Non

NOn procul initio ſegmenti XXXIII. mſc. Ambr. Εν ἐνίοις διημαρτημένοις, legit, quod etiam ferri poteſt. In eodem non ita multo poſt, κίνδυνοι σμικρότητος, habetur πληθυντικῶς. Pro τοῦτο ἀναγκαῖον ibidem legitur τούτου ἀναγκαῖον. Etiam recte. Nam Graece et τοῦτο, et τούτου, et τούτῳ ἀναγκαῖόν ἐστι dici poteſt. Pro, τάδε μεγάλα, mſc. Ambr. τὸ μεγάλα, exhibet. Lego, τὸ δὲ τὰ μεγάλα. Supra enim dixerat, τὸ τὰς μὲν κ. τ. λ. Paulo poſt in eo non bene ἐκείνου pro ἐκεῖνο legitur. Mox pro ἀεὶ μᾶλλον in mſc. Ambr. eſt αἰεὶ μᾶλλον. Nec αἰεὶ iſtud non tantum hic, ſed et in aliis locis, in ἀεὶ erat immutandum. Habemus eius ſcripturae etiam ueſtigia in uariis lectionibus Longini codd. a Laurentio a Zaccagnis annotatis. Et eadem ſane lectio infra etiam annotabitur. Praeterea uſurpat iſtud αἰεὶ Ariſtoteles Rhetor. lib. III. p. XCII. et Clemens Alexandr. lib. I. στρωμ. p. CCCXLIX. alibique ſaepius. Nec hoc praetereundum eſt, Thucydidem eo uſum eſſe, ſi fides eſt Marcellino illi, qui uitam eius conſcripſit, et quem Thucydidis ſcholiaſtam neſcio, quo auctore, uocauit Ian. Gebhard. ſpicileg. ad Corn. Nepot. Pauſan. cap. III. p. CIIII. quanquam Marcellinus ποιητικῶς id eum feciſſe addat. At hodie ſubleſta librariorum fide factum eſt, ut nec hodie ita in Thucydide ſcriptum inueniatur. Tamen addam, quod EVſtathius dicit ad Iliad. A. p. XXIIX. ὅτι οἱ τεχνικοὶ λέγουσιν, ὡς διάλεκτοί τινες ἀποβάλλουσι τὸ ι τῆς ΑΙ διφθόγγου, οἷον Ἀθηναῖοι τὸ ΚΛΑΙΕΙ ΚΛΑΕΙ λέγουσιν, οὕτω δὲ ΚΑΙΕΙ ΚΑΕΙ, ΑΙΕΙ ΑΕΙ, ΑΙΕΤΟC ΑΕΤΟC. Ergo Attici demum pro αἰεὶ communi dicere coeperunt ἀεὶ, abiecta e priore diphthongo ſubiunctiua littera. Mox lege, ουχ ἁμαρτήματα, ut reliquae editiones, praeter Tollianam, exhibent. Pro, Ἀρ' οὖν ὁμηρος ἂν μᾶλλον, legendum omnino eſt, Ἀρ' οὖν, ἢ ὁμηρος,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [77] - 57

Θεόκριτον ἂν μᾶλλον. Miror deinde omnes codd. male interpungere, Τί δὲ Ερατοσθένης. Lege, Τί δέ; Ερατοσθένης τὰ λοιπά. Nam Ερατοσθένης pertinet ad inferiora, Αρα δὴ μείζων ἦν ποιητής; Paulo post in msc. Ambr. est, Καινὴν τῆς ἐκβολῆς τοῦ πνεύματος. Immo uocabulum ὁρμῇ in Manutiana etiam ἐκδόσει desideratur. Ergo primum uocabulum in κατακινήσει mutarim, ut hoc modo eiiceretur uox ὁρμῇ, tanquam e glossa orta. Sub finem huius sectionis operarum uitio legitur ὅτε μὲν pro ὁτὲ μέν. Sectione xxxiii. pro προέχοι msc. Ambr. προέχει legit. Mox rectissime in eodem est, Ωστε τῶν μὲν πρωτείων ἐν ἅπασι τῶν ἄλλων ἀγωνισῶν λείπεσθαι, πρωτεύειν δὲ τῶν ἰδιωτῶν. Hyperides qualis orator fuerit, notum est. At quid sibi uoluit Th. Dempsterus ad Rosini lib. V. cap. X. antiquit. quum, e Polluce Hyperidis testimonium laudans, illud sub inconcinnos, quasi e Poeta quodam esset dramatico, coegit iambos? Mox legendum est, ut in msc. Ambr. extat, Πρὸς τὸ πάντα, et paulo post, Καὶ τὰ Λυσειακὰ, tumque ἡ ῥάβδος ponenda. Pro μαλακίζεσθαι msc. Ambr. λακεύματα legit. Fortasse legendum est λακίσματα, et eiicienda uox ἀφελείας, tanquam e glossa orta. Λακίσματα posuit Longinus ἀντὶ τῶν ἀφελῶν περιόδων, quae μονοτόνοις hoc in loco opponuntur. Recte deinde msc. Ambr. legit, Καὶ οὐ πάντα ἐξῆς μονοτόνως. Manutius scribit, Καὶ οὐ πάντα ἐξῆς καὶ μονοτόνως. Pro, Λέγει τό, τε ἠθικὸν, msc. Ambr. exhibet, Λέγεται, τότε ἠθικόν. At λέγεσθαι pro λέγει ponere, σόλοικον est. Legerem ergo, Λέγει τε, τό, τε ἠθικόν. Mox pro, Μετὰ παιδιᾶς msc. Ambr. legit, Μετὰ παιδείας. Post uerba, Πλέον ἀφίσαθαι, msc. Ambr. addita habet sequentia, Τό γέ τοι περὶ Φρυγίης ἢ Αθηνογένους λογίδιον ἐπιχειρήτας γράφειν, ἔτι μᾶλλον ἂν Υπερίδην συγέρητεν. Eruditissimus uir, A. Dudithius,

thius, non quidem fallitur, quod putat hoc ſcholium e margine in contextum, quem uocant, abiiſſe: nihilo ſecius tamen in eo iſtum fugit ratio, quod illud eſſe dicit iudicium eius, qui Longinum reprehenderit, quod tam immodicis laudibus Hyperidem mactarit. Scilicet ἐρωτηματικῶς haec uerba legit Dudithius. At nos contrarium plane ſentimus, et quilibet deinde iudicare poterit, an recte ſentiamus. Principio igitur lectorem uolumus monitum, ipſa uerba Graeca eſſe uitioſa. In codice mſc. Dudithii, περὶ Φρυγὸς, extabat: H. VVolfius, περὶ Φρυγίας, edidit: Noſter liber, ut dixi, περὶ Φρυγίης, exhibet. Ne te detineam, lector, ulterioribus ambagibus, legendum aio, Τό γέ τοι ὑπὲρ Φρύνης ἢ κατ' Αθηνογένους λογίδιον. Scilicet hae ſunt duae Hyperidis orationes, quarum utraque, ſed prior inprimis, ueteribus non mediocriter fuit laudata. Quodſi laudata fuit, inepte crederetur a ſcholiaſta, hac perlecta, minus Hyperides laudatus fuiſſe a Longino. Iam alteram illam, περὶ Φρυγὸς, uel, περὶ Φρυγίας, orationem quis omni aeuo ignotam fuiſſe neget? Deinde legendum eſt in eodem ſcholio, ΕΙ ἐπιχειρήσειεν (ὁ Λογγῖνος δηλαδὴ) ὁ γράφων, uel etiam, Επιχειρήσας ὁ γράφων, ut ſenſus ſit, *Si eas orationes, quum haec ſcriberet, in manus ſumſiſſet recenſuiſſetque Longinus noſter, maiori mihi perſuadeo adhuc laude eum Hyperidem mactaturum, ſtudioſisque ſublimitatis commendaturum fuiſſe.* Hic genuinus gloſſematis huius non ineruditi ſenſus eſt, quem primi expoſuimus. Increpat uidelicet Scholiaſta Longinum, quod ſtatim poſt Hyperidis recenſeat uitia. Sed ad Longinum ipſum redeamus. In mſc. Ambr. poſt ἀμεγέθη deeſt copula. Quid ſi legeremus, Αμεγέθη, καὶ νὴ Δία νήφοντος.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [79] - 59

An potius ἀμεγέθη est e glossa? Caecilius Statius apud Nonium,

- - - *Extemplo sauium*
Dat ieiuna anima. - - -

Sed hoc tamen paulo aliud est. Ante, τοῦ μεγαλοφυεστάτου, deest in msc. Ambr. articulus. Deinde legitur in eodem, ενθα δὴ, ὁ κύριον. Mox pro ἐπειτοὶ et msc. Ambr. et Manutius ἐπειδὴ legunt. Pro, θεόπεμπτά τινα, msc. Ambr. e glossa fortasse legit, θεόπεμπτα δεινά. Sectione XXXV. pro ὁ λυσίας corrupte est in msc. Ambr. ἀπουσίας. Post uerba, ο λυσίας, in eodem legitur reiecta copula, ὃ μὲν πλεῖον ἔτι, κ. τ. λ. Lego, οθεν πλεῖον ἔτι τοῖς ἁμαρτήμασι περιτίθεις, ἢ ταῖς ἀρεταῖς λείπεται. Sic non opus erit, ut μᾶλλον cum Tollio post uocem περιτίθεις inferciamus. Recte deinde legitur, παντὸς ἀεὶ τοῦ μεγάλου. Obserues particulam AEI, uel AIEI, in hoc scriptore παρέλκεσθαι interdum, nec locum ideo cum T. Fabro interpolandum esse censeas. Sic infra p. CCXXXIIII. Longinus, τὰ ἀεὶ παρόντα, dixit, quanquam et eum locum inuertat Fr. Robortellus. Alibi quoque saepius in Longino hunc idiotismum obseruare licet, qui Cassiis, nescio quo fato, uidetur fuisse perfamiliaris. Nam quod nos in Longino Cassio obseruamus, idem in Dione Cassio notauit Ios. Scaliger ὁ πάνυ ad Propert. p. CCIII. Mox Longinus τοῖς μικροῖς ῥείθροις opposuit Nilum. Nempe *Nili alueos et decursus* μεγάλους ποταμοὺς olim dixere Graeci. Confer. Salmas. ad Solin. p. CCCCLXXVIII. Eodem modo Danubius Apollonio libr. IIII. uers. CCLXXXII. ποταμὸς

ΕΥρύς τε προβαθύς τε

uocatur. Porro de Rheno et Danubio Herodianus lib. VI.

VI. pronunciat, ὅτι μέγιστοι ποταμῶν ὑπ' ἄρκτῳ ῥέουσι. De Oceano nemo dubitat, maximum eum esse fluminum,

Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα,
Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα πάντα νάουσι.

Sub finem sectionis in msc. Ambr. est, θαυμαστὸν δ' ὅμως αἰεί. Vide, quae supra diximus. Sectione XXXVI, ὡς εἴγε ἐκλέξας, msc. Ambr. legit. Paulo post ibidem non bene ante τῶν ἄλλων abest τὰ articulus. In Homeri uersu scribe, ἐς τ' ἄν. In Herodoto scribitur ΡΕΟΙ καὶ ΤΕΘΗΛΟΙ, εὐκτικῶς. Sectione XXXVII. in msc. Ambr. legitur, Ἐκείνῃ μόνον παραλλάττουσαι. Nec simpliciter damnari potest haec lectio. Nescitur enim, quaenam sequentia uerba fuerint, quae exciderunt. Cernitur autem in msc. Ambr. post haec uerba spatium trium linearum cum dimidio litteris uacuum. Sectione XXXIIX. in msc. eodem concisius legitur, ΕΙ μὴ τὸν ἐγκέφαλον ἐν ταῖς πτέρναις, καὶ ἐξῆς. Locus Isocratis in uulgatis eius edd. ita legitur, Ἐπειδὴ δ' οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν, ὥς γ' οἷόν τ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος προσθεῖν, καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς διεξελθεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν. Mox in Longino msc. Ambr. et Manutius, τῆς καθ' ἑαυτοῦ, exhibent. Deinde, Καὶ τοῖς πολλοῖς ἔτι ἦν περιμάχητον, numerosius in msc. Ambr. legitur. In eodem absunt uerba, σφέας τῷ χώρῳ, eorundemque loco φησὶ legitur. Pro, Τῆσιν αὐτέων καὶ ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι, msc. Ambr. legit, Οσοις αὐτῶν ἔτι ἐτύγχανον περιεοῦσαι. Glossa haec est uerae lectionis, Τοῖσι αὐτέων ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι. Κατίσχυσαν, quod in msc. Ambr. erat pro κατέσχωσαν, e glossa est. Mox βάλλοντες in eodem desideratur. Pro, πλὴν ὁμοίως, mallem legere, πλὴν ὅμως. Recte deinde se habet lectio uulgata, Λύσις καὶ πανάκεια λις.

Non enim uidetur mutandum esse uocabulum λύσις in ἴασις. Sunt quippe συνώνυμα, diciturque Graecis insuper λύσις τῶν νόσων, καὶ, λύειν τὰς νόσους. Sic apud Theognidem in uersu pentametro,

Δίζεσθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης,

ἡ λύσις πενίης est *medela egestati*. Non aliter apud Aristophanem νεφέλ. Philippides dicitur Strepsiadi λυσανίας πατρώων μεγάλων κακῶν. Sed ultimum hoc κωμικώτερον est. Comicum illud in Manutii editione legitur, Ἀγρὸν ἔχα ἐλάττω γῆν ἔχον γὰρ ἐπιστολῆς. Nec paulo aliter mſc. Ambr. scribit. Fortasse legendum erat,

γῆν ἔχ' ἐλάττω τῆς Λακωνικῆς στολῆς.

Laconica stola breuior erat: contra promissior Ionica, unde et passim Homero ἑλκεχίτωνες Ἴωνες uocantur. Γῆ aliquando est ὁ ἀγρὸς, quod et τὸ γήδιον demonstrat. Sic ἀγρὸν illud e glossa erit. Quodsi tamen codd. mss. lectionem solicitius sequi uelimus, corrigendum esse uidetur,

Ἀγρὸν ἔχ', ἐλάττω γῆν ἔχοντ' ἄρ' ἐπιστολῆς
Λακωνικῆς.

CAPVT X.

O bone, ὦ κράτιστε, ὦ βέλτιστε, ὦ ἄριστε, ὦ λῷστε, ὦ ἀγαθὲ, ὦ τᾶν, ὦ ἑταῖρε, ὦ γενναῖε. Ἐν ῥυθμῷ βαίνειν. Ἀποκλίνειν τὸν τράχηλον *quid. Dirce. Antiopae filii Zethus et Amphion. Alii ab his Zetes et Calais. Antiope cuius filia. Scholiasta Apollonii notatur. Dio Chrysostomus his emendatur. Error I. Scaligeri.* Ἐλευθεραί. *Propertii lectio minus emendata. Fed. Morelli error.* Ὀψοποιΐα καὶ ἡδυπάθεια *eadem. Homeri loci uaria lectio. Scaligeri lectio in Longino approbata. G. de Petra coniectura refellitur.* Ἀκραι. *Graeci e singulari in pluralem descendunt.* Δίκαια κἄδικα, *formulae Attica,*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [82] - 62

Attica, Latine quomodo uertatur. ΟΙ πλησίοι. Δάπανῶμην. *Longinus passim emendatur.*

DEuenimus ad segmentum XXXIIX. cuius sub initio in msc. Ambr. ante uocem κράτιστε deest Τὸ Ω προσφωνητικόν. Sic b. Lucas EVangel. cap. I. tmem. III. κράτιστε Θεόφιλε. Aliquando ὦ κράτιστε Graecis, inprimis Dialogistis, idem est, quod Latinis, *O bone*. Sic enim Lucretius, AGellius, aliique loquuntur. Graeci idem exprimunt modo per, ὦ 'τᾶν, modo per, ὦ 'γαθὲ, modo per, ὦ ἑταῖρε, modo per, ὦ ἄριστε, modo per, ὦ βέλτιστε. modo per, ὦ λῶστε. Lysias Orat. IX. Τὸ σάσιμον τοῦτό ἐστιν, ὦ βέλτιστε, οὐ ζυγῷ ἰσάναι, ἀλλὰ τόκον πράττεσθαι. Adde Dionem Prusaensem Oratt. III, et XV, alibique, et Suidam in Ἑταῖρε. Apud Philonem lib. II. νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας p. LVII. OO. alibique in eodem, Τὸ ΓΕΝΝΑΙΕ hoc modo usurpatur. Post uoces, φυσικὸν ἀνθρώποις, desideratur in msc. Ambr. ἐνέργημα, quod deesse etiam potest. Mox in eodem, ΑΤΛΟΣ μὲν, et, Ἀναγκάστι βαίνειν, legitur. Ἐν ῥυθμῷ βαίνειν, Latinis dicitur, *rhythmice incedere*. Hoc loco de Musica sermo est. Alioqui ueteres scimus in incessu ad uitium usque fuisse modestos. Alexis apud Athenaeum,

Ἐν γὰρ νομίζω τοῦτο τῶν ἀνελευθέρων
Εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀῤῥύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς.

Petronius, *Quo incessus compositus, et ne uestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia?* Adde τὸν πάνυ ad Athen. lib. I. cap. XIIX. animadu. Nec tamen semper laudabilis erat eiusmodi incessus. Cicero in Clodium et Curionem apud Nonium, *Tu uero festiuus, tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltriae, qui leuare uultum, mollire uocem potes. Leuare uultum* Graecis est ἀπολύειν τὸν τράχηλον, quod uirorum

rorum esse muliebrium demonstrauit Dio ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττ]αν Orat. IIII. Idem Cicero in L. Pisonem uocauit Gabinium *tonsam saltatricem*; quemadmodum Hortensius L. Torquatum *Dionysiam* apud AGell. lib. I. cap. V. Ammianus lib. XIIX. de Maximino, *Pedes huc et illuc exultando contorquens, saltare, non incedere, uidebatur.* Pro, Κἂν ἄλλοις ὅσοι παντάπασι, Manutius edidit, Κἂν ἄλλους ο. π. Primum ego hic excidisse puto uocabulum θηρίον, uel sane omnino simile. Deinde lego, Κἂν ἄλλως θηρίον ἔσοι]ο παν]άπασι. Ceterum paulo ante lego, οτ γὰρ αὐλὸς μόνον ἐντίθησί τινα πάθη τοῖς ἀκροωμένοις, ἀλλὰ κ. τ. λ. Dixerat enim Longinus, *Harmoniam non delectare tantum, sed et animos audientium perturbare.* Si ita non legere concedetur, quomodo persuadebunt, Longinum, Εντίθησί τινα, et non potius, Εντίθησι δεινὰ, uel etiam δεινότα]α, scripsisse. Hoc satis fuerit]οῖς λογικὴν ἐμπειρίαν γέυσασι. Mox retine ueterem lectionem, ως ἐπίσασιν, id est, πρὸς ἐπίσασιν. Sensus est, *Omnes sonos ad impetum, de quo loquutus erat, mirum quantum delectationis addere.* Pro, Καὶ τοιαῦτα εἴδωλα, msc. Ambr. Ταῦτα]ὰ εἴδωλα, legit. Male deinde legitur, Τὸ παρεσ́ός. Manutius recte edidit, Τὸ παρεσ́ώς. Sic supra p. CXLIII.]ὸ ἐφεσ́ὼς δὲ dixit Longinus. Porro in msc. Ambr. legitur, Κηλεῖν τε ὁμοῦ, ᾗ πρὸς ὄγκον, et reliqua, plane ut T. Faber correxerat. In eodem est, Τψηλόν γε τοῦ δοκεῖν νόημα. In Demosthenis loco msc. Ambr. Τότ' ἐν]ῇ πόλει, legit, quod etiam ferri potest. Ante uocem ἐπει]οί γε noster msc. una uoce est auctior. Legit enim, Τότε ἐπει]οί γε. Ego neutram lectionem satis esse sanam, neque particulam ἐπει]οί γε cum imperatiuo modo reor inueniri constructam. Quid ergo? Puto equidem Longinum scripsisse, τὸ, ΤΟΤΕ

THI

ΤΗΙ ΠΟΛΕΙ ἄγε ἐκ τῆς ἰδίας κ. τ. λ. ΑΤΤὸ abundat, ut saepe fit Graecis, et sciunt, qui Graece sciunt. Pro, Εποίησεν παρελθεῖν, Manutius legit, quemadmodum etiam ἡ τέχνη requirit, Εποίησε παρελθεῖν. Sectione XXXIX. Καθ' ἑαυτὸ, legitur in msc. Ambr. ut desit uocula τι. Paulo ergo ante pro οὐδενὶ, quod nec satis Atticum, nec Dionysii, si Atticum esset, esse uidetur, οτδέν τι, legerem. Pro Αλλ. ἄλλη, msc. Ambr. legit, Αλλ. ἀλλη. Non bene: etsi etiam, Αλλοσ' ἄλλα, scriberetur. In EVripidis uersu msc. Ambr. legit, Οποι τεθῆ. Sed uulgata lectio per codd. EVripidis uulgatos etiam probatur. De Dirce Pausanias in Boeoticis satis dixit. Eius priuigni, Antiopes filii, erant Zethus et Amphion. Antiopa illa erat Asopi filia, si Homero credimus, et Pausaniae in Corinthiacis, non Nycteos, ut uoluit Propert lib. III. Eleg. XII. Ad Homeri Od. Λ. p. ∞ DCLXXXII. ita EVstathius, οτι Αντιόπη καλὰ τὸν μὲν Ομηρον θυγάτηρ ἦν Ασωποῦ Θηβαίου ποταμοῦ. οι δὲ νεώτεροι Νυκτέως αὐτὴν ἱστοροῦσιν. Hinc potes coniicere, falsa esse illa, quae Apollonii Scholiasta ad lib. I. uers. DCCXXXV. affert, Δύο, inquiens, Ανθιόπαι ἐγένοντο, ἡ μὲν Νυκτέως, ἡ δὲ Ασωποῦ, περὶ ἧς νῦν Απολλώνιος, ἧς καὶ Διὸς Αμφίων καὶ Ζῆθος. Duo hi Amphion et Zethus, ἀδελφοὶ μὲν ἦσαν, ἑτεροζήλοι δὲ γεγόνασι ταῖς προαιρέσεσιν, ut inquit Io. Tzetza ad Hesiodi Theogoniam, p. CCXX. ed. Basil. Notabilis error est illustris Critici p. CCXLIIX. notarum ad Propertium, qui *Zethum et Calain a bubulco sublatos esse autumat*, quum fuerint Zethus et Amphion. Dio Chrysostomus Orat. XV. ὁ γὰρ Παυδίονος, inquit, νομεὺς, [Ορθίωνα uocat Cedrenus Cap. XXII.] ὁ ἐν Ελευθέραις, καὶ ἡ γυνὴ ἡ τοῦ νομέως, οὐ μόνον οὐκ ἐξελίσθησαν αὐτοὶ γεννήσαντες, ἀλλὰ καὶ ἀλλότρια εὑρόντες παιδία ἀνελόμενοι ἔτρεφον. Σὺ δ' ἴσως καὶ τὸν Ζῆθον καὶ τὸν Αμφίονα ἐλαιοδόροις ἂν, καὶ

διώμνυσο ὡς περὶ δούλων τῶν Διὸς υἱέων. Lege in Dione, Εν Ελευθεραῖς. Sic ſcribit Strabo lib. IX, Pauſanias in Atticis, et Boeoticis, Diodorus Siculus lib. IIII. bibliothecae initio, et Stephanus in Ελευθεραί. Ceterum Zeten et Calain plus ſimplici uice apud bonos auctores eſſe confuſos cum Zetho et Amphione, affirmare poſſum. Sic male legitur apud eundem Dionem Orat. VIII. p. CXXXV. Morell. ed. Αλλὰ ϗ τότε ἴσως ἀθλητάς τινας ἐθαύμαζον, Ζῆθον ϗ Κάλαϊν. Lege, Ζήτην ϗ Κάλαϊν. Vide Apollonii ſcholia ad Argonaut. ά. uers. CXI. Propert. lib. I. Eleg. XX.

Hunc ſuper et Zethes, hunc ſuper et Calais.

Ita Scaliger et Aldus legunt. Vulgo editur *Zethus*. Lege, *Zetes*. Duos hoſce Apollonius inter Argonautas recenſuit, non *Zethum et Amphionem*, ut tradidit Fed. Morellus ad Dion. Chryſoſt. Orat. XV. p. LXXV. notarum, neque de iis aliud quid apud Apollonium legitur, quam, quod acu picti in ueſte Iaſoni a Minerua oblata conſpecti fuerint. Paulo ante in mſc. Ambr. legitur, Φανήσεταί σοι, διότι κ. τ. λ. Lectio haec ferri poteſt. Neque enim ſenſui detrimenti aliquid inde accedit. Sub finem ſegmenti in eodem legitur, Εστι μὲν γενναῖον ϗ τὸ λῆμμα. Sectione XL pro κατάῤῥυθμα poſceret ἡ τέχνη, κατάῤῥυθμα. Pro, οτι, ὥσπερ, mſc. Ambr. legit, οπως, ὥσπερ. Legerem, ὁ|ι πως, ὥςπερ, niſi potius in uoce ὅπως priores duae litterae ex uoce ὅτι ſunt ortae, poſteriores uero e ſequenti uoce attractae. Pro, ΕΦ' αὑτὰ, Manutius edidit, Επ' αὐτά. Sectione XLI pro, Τὰ δεόντως, in mſc. Ambr. legitur, Τὰ οὐ δεόντως. De hac lectione Tollius ſatis dixit. Finis huic ſectioni his uerbis in mſc. eodem imponitur, ὡς ἔμπαλιν ⟦τὰ⟧ ἐκτάδην ἀπόψυχα. Τὰ γὰρ ἄκαιρον μὴκ⟦Θ⟧ α. Male, et absque bono ſenſu. Sectione XLII in mſc. Ambr. pro,

pro, Καὶ, ὁ ἄνεμος, legitur, Αλλ' ὁ ἄνεμος. Fortaſſe legendum, Καὶ, Αλλ' ὁ ἄνεμος. Pro ἄχαρι utrobique ibidem extat ἀχάριστον. Deinde ἡ τέχνη requirit, διέβαλε. Legitur in mſc. Ambr. paulo poſt τιμῶν pro τιμίων, et deinde, Τὰ μὲν ἀλουργῆ, τὰ δὲ ποικιλτὰ, τὰ δὲ λευκά. Non bene ſtabit haec lectio, niſi praecedens uox in χλανίδια uertatur. Pro ἀνωθουμένους ibidem legitur αὐτωθουμένους, ut uideri poſſit, legendum eſſe, ἀντωθουμένους. Deinde in eodem, Καὶ τῇ θαυματῇ, mutatur in, Αλλὰ τῇ θαυματῇ. Verba, Πρὸς ὀψοποιΐας καὶ ἡδυπαθείας, gloſſemate laborare arbitror, mediaque duo adeo tollenda eſſe. Ηδολογία καὶ ἡδυπάθεια eadem ſunt, quae ὀψοποιΐα. Lege Athenaeum, qui neſcis, et mecum, opinor, ſenties. Pro, Μᾶλλον εἰ πάντα ὡς ἐβούλετο, in mſc. Ambr. eſt, Η, εἴπερ πάντα ὡς ἐβούλετο. Recte: niſi quod pro ως legendum eſt πως. Mox, Τραπεζοκόμων εἰπεῖν, itidem recte ibidem legitur. Deinde deſunt duae uoces, Εἰς ῥυπαρὰ, in mſc. Ambr. excepta ultima ultimi uocabuli ſyllaba. Spatium tamen ad capiundas eas relictum eſt ibidem uacuum. Pro ἀξίας rectius mſc. Ambr. ἀξίαν legit. In ultima Longini ſectione pro, Καὶ ἐναργεῖς, mſc. Ambr. legit, Καὶ ἐντραχεῖς. Mox legitur ibidem, Ψηλαί τε λίαν. Deinde et mſc. Ambr. et Manutius, Θρέψαι τε γὰρ, φησὶν, legunt. Ενικῶς enim et ante, et poſt, loquutus eſt noſter. Pro, Καὶ ἅμα διωθεῖν, corrupte in mſc. Ambr. ſcribitur, Καὶ ἅμα διελθεῖν. Paulo poſt idem legit, Καὶ εἰς οἰκέτας. Requirit porro ἡ τέχνη, ἔφασκε. Locus Homeri aliquantum aliter ſe habet. Eſt autem iſte ex Od. O. uers. CCCXXII.

Ημισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρυόπα Ζεὺς
Ανέρος, εὖτ' ἂν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν.

Pro, Καλούμενοι νάνοι, in mſc. Ambr. eſt, Καλούμενοι δὲ ναοί. Lege, Καλούμενοι δὲ νᾶνοι, et recta erit ſententia. Νᾶνοι ſcribo,

exemplo Ioſ. Scaligeri, quia prima in ea uoce extenditur. Ceterum Ioſ. Scaliger ad Propertium p. CCXXXIII. pro γλωτ]όκομα adduxit γλωτ]οκομεῖα, pauloque poſt κωλύει legit, ut Manutius etiam edidit, et poſt ἐγκεκλεισμένην lacunae notam poſuit. Videtur ergo e mſc. quodam codice eam ῥῆσιν deſcripſiſſe, in quo uerba, τὰς αὐξήσεις, defuere. Deinde συνάγει cum Manutio itidem legit Scaliger. Codex Ambr. corrupte συνάῤῥοι exhibet. Tandem pro, τοῖς τόμασι, quod uulgo olim lectum, ne Longinus non tam nanum, quam ἐμπεφορβειωμένον deſcriberet, τοῖς σώμασι, quemadmodum et poſtea G. Langbaenius legendum eſſe coniecit, edidit. In uerbis, τὰ ἀεὶ παρόντα, nihil muta, ut ſupra diximus. Poſt uerba, ὁρᾷ δὲ μήποτε, Manutius multa deeſſe aſteriscis ſuis innuit: ſed in mſc. Ambr. parua lacuna eſt, ſcilicet ſpatium XII. circiter linearum uacuum. In eodem mſc. codice mox legitur, Νὴ Δία πρὸς τούτων. Sed ſic legendum potius eſſet, Καὶ, νὴ Δία, πρὸς τούτων ὄντα τὰ Φρ. ut intelligatur, *Mores belli ſequi ingenium, et quaſi a partibus eius ſtare.* Ceterum *hac in ſectione in gratiam AVreliani, qui tum rerum potiebatur, aliqua ſcripſiſſe Longinum*, quemadmodum Gabr. de Petra ſub finem ſynopticae praefationis concludit, non aſſererem. Erat enim, quod nec ipſe neſciit, Zenobiae, Reginae Palmyrenae, a conſiliis, adeoque AVreliano AVG. contrarius, Suidasque de eo ait, Ὅτι ἀνῃρέθη ὑπ' Αὐρηλιανοῦ τοῦ καίσαρος, ὡς σύμπνους Ζηνοβίᾳ τῇ Ὀδαινάθου γυναικί. Pro, Κατὰ κάρα, mſc. Ambr. legit, Κατ' ἄκρας. An rectius eſt, Κατὰ κράτος, ut altera lectio ſit τοῖς ταχυγράφοις tribuenda? Sed retinenda eſt lectio, Κατ' ἄκρας. Ακραι ſunt extremitates. Ἀγονται γὰ πάθη κατὰ τὴν ἄνω ἄκραν, φέρονται δὲ κατὰ τὴν κάτω, μέσον δ' ἐν πᾶσιν ἄρι-

σον. Iam, ut puto, mentem Longini quilibet capere poterit. Pro, Ἀνάλεξον ἔν τι, ad marginem mſc. Ambr. habetur, γρ. ἔναντι. Varia haec lectio confirmat, plane ueram eſſe Pariſienſis manuſcripti lectionem, Ἀλαζόνειάν τε. Nec id inuſitatum Graecis, e ſingulari numero in pluralem transire; quod dico, ut νεοτροποιεῖται cum γεννῶσι ne putes inepte copulari. Sic Ariſtoteles lib. II. Metaph. Ἐξ ὧν τὰ ἄλλα ἤρτηται, inquit, καὶ δι' ὃ λέγονται. Pro, Εἰς ἡλικίας, codex Ambr. legit, Εἰς ἡλικίαν. In eodem libro, Μηδὲ πέρα φήμης, mutatur in, Μηδ' ἕτερα φήμης. Ego mallem legere, Μηδὲ παρὰ φήμης, ut ſenſus ſit, *De fama hodie ſermonem non eſſe amplius inſtituendum, eandemque ſperandam.* Mox codex mſc. Ambr. ſuauius, Τὴν τῶν βίων διαφθοράν, legit. Pro, Τὰς ἀρετάς, Manutius edidit, Τὰς ἀφετάς. In mſc. Ambr. pro eodem, Τὰ ἄνατα legitur. Ego exinde legendum puto, Τὰ ὀνητά. Ὀνητὰ μέρη τοῖς ἀνονήτοις oppoſuit Longinus. Mox lege, ut Tollio etiam aliquando uiſum fuit, Τἄδικα μὲν φαίνεσθαι καλὰ καὶ δίκαια. Attica loquutio eſt, Δίκαια κἄδικα, et, Δικαίως κἀδίκως. Ariſtophanes Πλούτῳ,

– – – Ἡ γὰρ οἰκία
αὐτή 'στιν, ἣν δεῖ χρημάτων σε τήμερον
μεσὴν ποιῆσαι κἀδικαίως κἀδίκως.

Adde ibi ſcholia p. XXV. Idem Ἱππεῦσιν,

Ὦ γερόντες ἡλιασταί, φρεάτορες τριωβόλου,
οἷς ἐγὼ βόσκω κεκραγὼς κἀδίκαια κἄδικα.

Etiam AEſchylus Χοηφόροις uerſu LXX. δίκαια κὴ μὴ δίκαια dixit. Potes et ibi ſcholia addere, ſi lubet, p. CCXXXI. Steph. ed. Latini eodem modo dicunt. Solinus cap. XXXI. *Fas atque nefas eodem animo ducunt.* Tacitus lib. XV. annal. *Per licita atque illicita foedatus.* Te-

rentius Andria, *Quo iure, quaue iniuria.* Ante uocem ἠνδραποδισμένοι deſideratur in mſc. Ambr. uox ἑαυτοῦ. Conſule ea de lectione Tollium. Deinde Manutius edidit, Κατὰ τῶν πλησίων, quod neque ipſum ineptum eſt. EVſtathius ad Od. E. p. ∞ CCCCXXXIX. Τῷ δὲ πλησίῳ ἀπὸ εὐθείας κέκλιται τῆς Ο ΠΛΗCΙΟC, ὡς ϗ ἀλλαχοῦ πολλαχοῦ φαίνεται, οὗ ϗ θηλυκὸν εὕρηται Η ΠΛΗCΙΑ, ἧς χρῆσις ϗ παρὰ τῷ CΟΦΟΚΛΕΙ, [in Electra,] ἐν τῷ

-- Παρούσης τῆς δε πλησίας ἐμοί.

Pro, Δαπανὸν ἔφην, Manutius edidit, Δαπανῶν. In mſc. Ambr. Διατανῶν habetur. Vtraque lectio poſterior uitioſa eſt. Sed nec prima recte ſe habet, quum potius, Δάπανον ἔφην, ſcribendum ſit. In eodem mſc. legitur, Κράτιστον εἰκῆ ϝαῦτ' ἐᾶν. Lego, Κράτιστον δ' ἔοικε ϝαῦτ' ἐᾶν, ut ſenſus ſit, *Optima uidetur eſſe ratio, ſi haec omittantur.* Deeſt ultima uox δοκεῖ in Ambr. libro. Paulo ante etiam, Ο τήν τε τοῦ ἄλλου, in eodem legitur. Vtrumque male ſe habet. Forte tamen pro, Ως ἡμῖν, ſubſtituendum eſt, Ως ᾤμην, et ſic uox δοκεῖ e gloſſa eſt. Comicus βατράχοις,

-- ἀλλ' ᾠόμην ἂν
αὐτὸν αὐτὰ ληρεῖν.

Nec tamen ita nihil in Longino deeſt, niſi abruptum & inconcinnum eleganti huic ὑπομνηματίῳ colophonem Longinum impoſuiſſe dicamus. Αρκέσει δὲ ταῦτα, μὴ κόρου κνίσῃ.

FINIS.

Sylla-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [90] - 70

Syllabus scriptorum laudatorum.

)(Paginas praefationis denotat.

Adamantius Sophista, 15.
AElianus, 17, 21.
AEschylus, 11, 38, 53, 69.
AGellius, 33, 63, 64.
Alcaeus, 40.
Alexis, 63.
Ammianus Marcellinus, 64.
Anacreon emendatur, 30.
Anonymus Apollonii uitae auctor, 6)(.
Apollonius Gr. notatur, 26.
Apollonius Poeta, 60, 66.
Appuleius, 55.
Aristophanes, 16, 20, 25, 50, 53, 62, 69, 70.
Arnobius, 20.
Athenaeus, 6, 9, 14, 24, 35, 53, 63, 67.
Athenagoras, 21.
Barthius, 15, 19, 50.
Benauidius notatur, 34.
Bernhardus, 19.
Bentleius, 21.
Bisetus notatur, 52
Boilauio, notatur.
Boschius, 3.
Brodaeus, 33.
Budaeus, 8.
Caecilius, 60.
Caninius, 27. notatur, 4.
Canterus, 26, 29.
Caroli, 19, 34.
Casaubonus, 16, 24, 26, 27, 34, 63.
Catullus, 12, 28, 29, 35.
Cedrenus, 65.
Christianus, 12, 19.
Chrysostomus, 36.
Cicero, 8, 12, 18, 21, 22, 33, 34, 54, 63, 64. defenditur, 1.
Clemens Alexandrinus, 3, 17, 21, 52, 57.
Demosthenes, 22, 32, 44, 49, 53.
Dempsterus notatur, 58.
Deuarius notatur, 23.
Dio Cassius, 2, 60.
Dio Chrysostomus, 7, 23, 63, 64. emendatur 30, 34, 66. ib.
Diodorus Siculus, 66.
Diogenes Laertius, 3.
Dionysius Halicarnassensis, 6.
Donatus, 35.
Duditbius notatur, 58.
Empedocles, 55.
Ennius, 24.
Etymologicum magnum, 18.
EVpolis, 42.
EVripides, 25, 38, 40. ejus lectio uindicatur, 38, 65.
EVsebius, 21.
EVstathius, 3, 4, 8, 9, 10, 13, 15, 16, 28, 21, 27, 28, 39, 40, 41, 43, 44, 45, 49, 53, 54, 57, 65, 70. emendatur, 4, 20.
Faber, passim.
Fabricius notatur, 12, 17, 20.
Galenus, 48.
Gaza, 35.
Gebhardus, 52.
Glossae, 24, 35, 52.
Gretserus notatur, 53.
Gronouius P. 13.
Gyraldus notatur, 30.
Harpocration, 14.
Herodianus, 60.
Hesychius, 39. emendatur, 27.
Hesychius Illustris, 21.
Hieronymus, 12.
Homerus, 8, 14, 19, 23, 39, 44, 49, 53, 62, 65. eius uaria lectio, 19, 20, 22, 39, 44, 47, 49, ib. 61, 67.
Horatius, 11, 15, 43, 56
Interpretes LXXII, 5, 23, 52.
Isocrates, 14. eius uaria lectio, 61.
Iunius, 13.
Langbaenius, passim.

Leo-


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42:Leibn. Marg. 42, Stück 10, [91] - -

Leopardus, 52.
Liuius, 13, 45.
Loensis, 26.
Longinus, passim emendatur et illustratur.
Lucas, 63.
Lucianus, 20.
Lucillius, 35.
Lucretius, 50, 63.
Lysias, 42, 49, 63.
Manutius P. 7.
Manutius F. passim.
Marcellinus, 52.
Marsilius notatur, 6.
Martialis, 53, 51.
Menander emendatur, 43.
Meursius, 50.
Morellus, 30. notatur, 7, 66.
Moschopulus, 32.
Muretus, 21, 26, 31.
Nepos, 13.
Nonius, 16, 63.
Onosander, 5.
Ouidius, 17.
Paris, 2.
Paulus, 36.
Pausanias, 5, 50, 65, 66.
Pediasimus, 15.
de *Petra*, 54. notatur, 68.
Petronius, 63.
Philo, 63.
Philostratus, 5, 6.
Pindarus, 7, 8, 27, 30, 35, 37.
Plato, 15, 18, 34, 46, 50, 54.
Plinius maior, 48.
Plinius iunior, 22.
Plutarchus, 21, 29, 51. emendatur, 30.
Politianus, 21.
Pollux, 5.
Priscianus, 27, 28, 29, 33.
Propertius, 17, 65.
Pythagoras, 55.
Quintilianus, 2, 33.
Rapinus, 34.
Robortellus, 26. notatur, 60.
Rutgersius, 39.
Salmasius, 12, 16, 24, 26, 35, 60.
Scaliger F. 50, 60, 68. notatur, 65.
Schmidius, 4, 6.
Scholiastae, *AEschyli*, 69.
Apollonii, 22, 39. notatur, 56.
Aristophanis, 14, 16, 24, 39, 41, 43, 69.
EVripidis, 38.
Homeri. Vide EVstathius.
Oppiani, 14.
Pindari, 6)(, 5, 56.
Sophoclis, 38, 43, 50.
Thucydidis, 38, 41, 43, 48, 50, 56.
Seneca, 22, 35, 50.
Sidetae lectio uindicatur, 17.
Sidonius, 17.
Sigonius, 3, 26.
Solinus, 31, 69.
Sophocles, 12, 29, 30, 50. eius lectio uindicatur, 46.
Spanhemius, 11, 28, 39.
Stanleius, 38.
Stephanus Byzantinus, 66.
Stephanus P. 2, 39.
Stephanus F. 15, 26, 28, 35. noratur, 37.
Strabo, 47, 66.
Suetonius, 6.
Suidas, 3)(, 1, 3, 4, 5, 6, 8, 9, 10, 13, 15, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 36, 42, 43, 45, 50, 53, 56, 63, 68. emendatur, 10, 16, 43, 48, *ib.*
Tacitus, 6, 8, 50, 69.
Terentius, 69.
Tertullianus, 6.
Theocritus, 27, 53.
Theodoritus, 21.
Theognis, 62.
Theophilus, 3.
Thucydides, 13 42, 50, 57.
Tibullus, 11.
Tollius, passim.
Torrentius, 50.
Turnebus, 5.
Tzetza, 6)(, 65.
Valerius Maximus, 13, 21.
Victorius, 50.
Vigerus, 32.
Virgilius, 20.
Vossius P. 2.
Vossius F. 26, 29.
Vrsinus, 12, 14.
VVeizius, 51.
VVolffius, 59.
VVouerius, 16.
Xenophon, 15, 16.
a *Zaccagnis*, 57.


P. 43. *lin.* 28. *dele* τοῦ *articulum.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42:Leibn. Marg. 42, Stück 10, [92] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42:Leibn. Marg. 42, Stück 10, [93] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [94] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42:Leibn. Marg. 42, Stück 10, [95] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42:Leibn. Marg. 42, Stück 10, [96] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 42;Leibn. Marg. 42, Stück 10, [97] - -

PUBLIC DOMAIN